





83.  
16  
1712/13  
18

IO. PAVLLI KRESSII,  
ICTI,

IN REGIA DVCALI IVLIA  
ORD. IVRID. SENIORIS,

DE  
**PRIVILEGIIS**  
**AGRICVLTVRAE**  
**APVD GERMANOS,**

Oder:

Von Greyheiten und andern Gerech-  
tigkeiten des Ackerbaues in Teutschland.

*LIBELLVS SINGVLARIS.*



IENAE,  
APVD IO. FRIDERICVM RITTERVM,  
CIC XXXVI.

THE PANTHEON

101

IN READING A HISTORY  
OLD AND NEW.

55



## CAPVT I.

DE

IVRIBVS ET PRIVILEGIIS  
AGRICVLTVRAE COMMVNIS.

## SECTIO I.

DE

PRIVILEGIIS AGRICVLTVRAE COMMVNIS  
E IVRE SACRO.

## §. I.

**H**omines, qui in agris vivunt, sunt vel nobiles vel *inferioris gradus*: sive sunt clerici \*, sive laici; & quidem rurales.

A 2

\* Non tantum pastores rurales vel regionarii. *Cod. can. eccl. univers. can. CXXV. Vid. IV STEL. pag. 65. Cod. can. eccl. p. 136. ap. Eud.*; verum etiam religiosi, praincipue Cistercienses, de quibus vid. PETR. CLYNIAC. L. V. epib.

sus vel in aliquo officio constituti \*\*, vel sine eo ; an opificium \*\*\* calleant, an meram rem agrestem, non interest ; sufficit, quod non sit nobiles.

§. II. Enimvero in presentiarum non de omnibus, qui ruri degunt, dicere animus est, sed potissimum de iis, qui agricultura vivere \* jubentur.

*V. epist. 16. & quos citat BARBOSA p. 534. n. 60. Benedictini, de quibus LEO Cardinal. Episcop. Ostiens. in chronic. Cassin. TAMBVRIN. de jur. Abbat. tom. 3. disp. I. nam de horum rurali vita noti sunt versiculi :*

Bernhardus valles, colles Benedictus amabat.

\*\* Ut apud nos saltuarii, venatores, *Forst- und Jagt-Bedienten*, eorumque praefecti, de quibus ZOANNETVS, MOHR, KRAISSEY, WAIZENEGGER, KYLLING, NOAH MEURER, EYBEN &c. In Saxonia venatorem Henricus IV. constituit comitem de Spiegelberg, *vid. MEIROM. tom. II. p. 142.* Satis acerbe in venatores invehitur SPANGENBERG. *im Jagt-Teufel.*

\*\*\* Opicia proprie pertinent ad urbes, quæ regulariter constant mercatura, opificiis, re cauponaria. Sed quod confusa sine hic omnia, queritur SECKENDORF. *im Teutschen Fürsten-Staat.* Quæ nominatum opicia in pagis ferri, & quo usque ea se civicis jungere debent, es mit denen in Städten halten sollen, *vid. Ord. Georg. Wilhelm. Duc. Brunsvic. glorios. memor. A.D. 1605. d. 3. Maj.*

\* Unde licet in pagis sint pastores, attamen hi non agri

bentur. Quare inspectio genuina erit, ut capite altero *agricolæ* seu *ruficorum* \*\*, altero autem *nobilium* jura p̄cipua recenseamus.

§. III. Faciamus à *ruficis* initium & dispi-  
ciamus, quid peculiaris cultor & cultura agri hic  
contineant. Erit nobis hoc caput commune ve-  
luti, eo sensu, ut simul fructatim generaliora pri-  
vilegia vitæ rusticæ immisceamus, quamvis per  
se ad rusticos non pertineant.

## A. 3

## §. IV.

agri vel colendi, vel defendendi causa ibi morantur, ve-  
rum ne agricolæ verbum Dei ignorent: Imo magis ad fu-  
turam æternam vitam, quam ad seculi felicitatem ordi-  
nantur. Nec monachorum institutum cœpit, ut agris  
inde aliquid accedat, sed ut à rebus mundanis separati, de  
miseria hujus vita & corruptione querantur. Unde Hiero-  
nymus dixit: *monachus est vox plangentis non docentis, qui*  
*se vel mundum lugeat, & domini pavidus praefoletur adven-*  
*tum. lib. 24. adv. Vigilant.* Plane recentiores, ut Franci-  
scus & Ignatius suas asseclas ad oppida & urbes dedux-  
erunt, inde illud: *Oppida Franciscus, magnas Ignatius urbes.*  
Tandem licet venationi non sit locus in urbibus, ratio le-  
galis nihilominus deficit, qua venatores rus colere sva-  
deat. Igitur naturæ rei vim non inferimus, si binis sectio-  
nibus hanc tractationem absolvimus, obiter tantum de  
alii dicturi.

\*\* Appellantur homines insimi subsellii in agris  
non unis nominibus, usitatus est, quod attulimus, *rufi-*  
*corum.*

§. IV. Scilicet ad duas classes revocare licet rei agrariæ \* prærogativæ, vel enim juri ecclesiæ, vel juri regni \*\*, sive ut nunc efferimus, vel juri canonico vel civili \*\*\* debentur. Quam cuncte illarum excutiamus, non inde inanes redibimus.

## §. V.

corum. Longe plura recenset MALLEOL. *in dial. de nobil.* cap. 32. *ruficorum, rustinardorum &c.* dicuntur paucis: *Leute auf dem Lande R. I. 1500. 1530. 1548.* vel antiquius *Buringi vid. du FRESSNE voc. Buringi. & FREHER. ad constitut. Caroli Crass. quæ extat ap. GOLDAST. tom. I. Constit. Imper. p. 208.*

\* Non adeo sollicite enim hic ubique separabimus jura agrorum & agros colentium. Quare & in frontispicio vox agriculturæ adhibita fuit, quæ agrum & colonum includit. Satis erit nexus & bonum ordinem non neglexisse.

\*\* Nihil certius & expeditius videbatur quondam, quam quod detur duplex potestas in regimine orbis terrarum. Hanc doctrinam inculcare ipsa scriptura S. firmiter credebatur; Christum enim suisse Regem & Sacerdotem; Exinde exitissimum regnum & eccliam. Vid. *HINC M. A R. de potest. reg.*

\*\*\* Sit nobis *Jus civile ex definitione Justiniani §. 3. de I. N. G. C. omne illud, quod civitas sibi constitutus, & canonicum notet leges & regulas circa sacra.* Quod jus civile Romanorum attinet, illud in republica nostra Germanica jam

jam pro norma fuit seculo VIII. in condemnatione Thassilonis, ubi sit mentio legis ex codice recitata. Nam licet vocabulum: *Codicis*, referri dicere velis ad legem Salicam, de qua ibidem; constat tamen ex judicio Aquigrani anno 1000. de Bernardo habitu: sententiam secundum leges ROMANAS & SALICAS fuisse dictam. In vetustis chartis, quas GOLDAST. tom. II. Rer. Allemania. tit. derer. tradit. p. 36. congeskit, extat num. XXXV. barbato stylo conscriptum diploma, ubi sub anno XXX. Dagoberti ita legitur: **A QVILIANIS, ARCATIANIS leges fibulationis, qui à omnium cartarum accommoda firmitatem &c.** & aliud tit. de emt. vendit. num. XXXI. p. 35. non magis elegans sub Ludovico, Ludovici Germanici filio, quod hæc recitat: **A QVILIÆ & ARCHADIAE legis fibulatione subnixa, qui omnium cartarum accommodat firmitatem.** Paulo aliter habetur in litteris tom. III. Rerum Alemann. p. 47. **A QVILIANIS ACATIANIS leges &c.** Meretur legi nota, quam ibi subiecit Vadianus Sanct. Gallensis. Hæc de Allemannia, in qua juris civilis usus fuit ante obtentum à Francis Italiae regnum, à temporibus victorum Romanorum. Cendum tamen ne de usu universali, perpetuoque hac capias. Nam ab Adolpho Imperatore demum impetrarunt Comites de Wartenberg, daß sie sich hinfüro gemeinen Keyserl. Rechts gebruchen mögen, vid. BESOLD. de lib. jur. cap. 9. In Saxoniam quando migraverit jus civile, forte difficile est dictu. Sub Francis propriis LL. vivebant, non tamen sub unis, sed alia Ostfala, alia Angrivaræ, alia Westfala, forum fuerunt, vid. SCHAT. H. IV. p. 497. Dedit & Carolus M. ipsis leges, quas primum è Vaticana edidit Paderbor.

## SECTIO I.

8

bornensium Praesul FERDINANDVS, recitat autem SCHATEN. p. 564. d. l. Dicebatur lex : EWA, unde eware sacerdos, & nostrum : Ebe ibid. quin iis civilia admixta sint, negari nequit. Pleraque pars in pœnis criminum & privilegiis clericorum, templorumque consistit. Confessit EYBEN varias formulas p. 326. in quibus sec. XIII. & XIV. renunciatur auxiliis juris civilis & canonici &c. sed nulla earum ad Saxones pertinet. Legitur apud SCHATEN. in annal. Paderb. in transactione de villa Monninghusana inter Cunegundem de Hörde & Bernhardum Episcopum Paderbornensem, quod renuncientibi oppositionibus & defensionibus juris tam canonici, quam civilis ; sed id factum MCCCXXIV. In publicis negotiis Saxones in fine seculi XI. provocarunt adhuc ad leges Palatinas, vid. Monach. Hersfeld, p. 774. tom. I. Schard. Plura vide in prolegom. Juriopr. mex. Canones omni studio semper clericis inculcati sunt. Loca conciliorum, quæ hoc spectant, vid. apud CABASS yr. notit. eccl. pag. 105. In Germaniam itaque sine dubio pervenerunt cum ipsa religione. Erant præcipue Canonicis cura cordique, vid. Northof. apud MEIBOM. tom. I. pag. 407. quare & in canonicis juris canonici peritiam præsumit BARBO. de canon. pag. 59. Unde autem canonici & quando in Saxoniam è Bavaria advenerint, vid. Chron. Mont. seren. p. 18. edit. MADER. Martisburgensem præpositus Bertholdus fratres Montissereni illud docere coepit ao. 1206. ibid. pag. 79. imo integræ collectiones, ISIDORI, BYRCARDI &c. à Germanis olim tritæ sunt vid. RHET. vol. II. diss. 21. sect. I. Dicitur jam in ipsis capitularibus, quod judicandum vel secundum legem, vel secundum canones conf. CORV.

§. V. In jure canonico nobis sicutuntur monachi, clerici, sane utrique officiis & commerciis secularibus \* abstinere jubentur. Neque enim

B vena-

Corv. de jud. 238. Ex dictis inferrem : 1.) jus canonum valere coepit in Allemannia cum religione, jus civile ante religionem ; 2.) juris civilis tamen & canonici auxiliis renunciari coepit fere eodem tempore, cum in Allemannia tum in Saxoniam : adde 3.) quod nec ratione academicæ institutionis jus canonicum majorem antiquitatem jaçtare queat. Canonici Doctores leguntur in litteris inaugurationis Academiae Heidelbergensis anno 1404. ; civile anno 1398. Erfurbi docuit Ludolf de Pabenberg : Tandem 4.) nondum satis probatum esse, quod in diplomatis sub Francis jus civile notet semper Codicem Theodosianum ; quis enim dubitet, clericos, homines sapientes Italos, non secum attulisse jus Justinianum, siquidem in Italia semper valuit ? RHEM. pref. jur. feud. p. 8. preter allegatos in cit. prolegom. §. 5. vid. PAVL. VOET. de jur. civ. & can. EYBEN. diff. jur. can. p. 203. RHEM. diff. de eod. argum.

\* Hoc sane exerte canonico jure exprimitur, quod monachi & clerici mercaturam & alia commercia secularia exercere nequeant. c. 6. ne clericis vel monachis, imo sub depositionis & excommunicationis pena clericis, maxime Episcopis & Presbyteris haec sunt interdicta. Ratio insimul redditus c. 1. eod. quod nemo, militans Deo, se negotiis secularibus impliceat ; & hoc jam in Concilio Carthaginensi L. can. 10. statutum fuit.

\*\* Ne-

*venari \*\*, physicam addiscere \*\*\*, medicinam & chirurgiam \*\*\*\*, vel procuratoris + officium*

\*\* Neque permittitur canonibus, ut Episcopi, Presbyteri reliquie clerici canes aut accipitres ad venandum alant, teneantve, licet recreationis gratia tantum venari velint. c. 1. 2. de clericis venatore. CORVIN. J. Can. lib. IV. tit. 18. si nihilominus in illa deprehensi fuerint, excommunicantur. ibid. etiam si proprios redditus in venatione habent, attamen venatio ipsis haud erit licita. BARBOS. jur. eccles. l. 1. cap. 43. num. 27. CORVIN. cit. loc. ibique allegati.

\*\*\* Idem dicendum erit de studio *physico* clericis & monachis pariter interdictio c. 3. 10. ne clericis vel monachis, quod & beneficium observatum in praxi, ut testatur Mons. FLEURY dans le choix des études chap. 10. de toutes les sciences la physique étoit la plus imparfaite; dans le temps, où les Universitez se formerent. -- Et véritablement il n<sup>e</sup> étoit pas facile aux savans de ce temps là, de faire des expériences: ils étoient tous moines ou cleres enfermés dans les monastères & dans des collèges; pauvre la plus part, ou par leur profession, ou par leur fortune.

\*\*\*\* Multo minus chirurgiam cum incisione & austione, vel medicinam exercere licitum erat. c. 3. 9. 10. ne clericis vel monachis c. 19. de homicid. TAMBVRIN. de jur. abb. tom. III. disp. 3. qu. 6. n. 32. quo ad chirurgiam tamen excipitur casus necessitatis; quo ad medicinam casus pietatis. TAMBVRIN. cit. loc. CORVIN. de person. eccles. lib. 3. tit. 12.

+ Procuratoris vel advocati manus in se recipere, clericis

ficium exercere ipsis licet; agricultura † tamen digna fuit judicata, ut ab illis tractaretur. Unde satis apparet legum harum favor in hoc innocens vitæ genus.

§. VI. Evidenter nihilominus rei rusticae privilegium est hoc, quod, licet diei dominicæ\*

B 2 cele-

clericis fas non est, nisi superioris licentia & utilitas monasterii simul concurrant. can. 35. caus. 16. qu. 1. & c. 2. de postulando: duplex igitur in casu permissionis requiritur conditio, nec sufficit alterutram contingere, quia text. citati utrumque conjunctim requirunt. TAMBVRIN. de jur. Abb. tom. III. disput. 3. qu. 6. 27. Plura, quæ clericis & monachis non licent vid. ibid. & t. t. ne clerici.

† Præ his omnibus sola agricultura fuit electa & ita astimata, ut à monachis & clericis exerceatur, ne dia-bolus otiosos eos inveniat. c. 33. dist. 5. de consecrat. neque clericus ob agriculturam sua amittit privilegia, Specul. de cleric. conjug. §. 1. quia laborare tenetur, & monachi tunc vere sunt monachi, si labore manuum suarum vivunt. TAMBVRIN. c. lib. tom. II. p. 366. Possunt & reliquos vendere fructus, licet alias mercatura ipsis sit interdicta. COR-VIN. de person. eccles. lib. 3. tit. 18. n. 6.

\* Cur dominica dicatur, facile constat, sc. in hono-rem Christi, quem antiquitas pia frequentissime dominum dicebat n̄s̄ ēz̄ox̄v; unde etiam appellatio templorum do-minicorum, Dom. Kirchen, observante HOSPIN. de templ. Cœpit hic dies ex mente THOM. II. 2. q. 122. art. 4. in resp.

ad

celebratio omnibus LL. \*\* injungatur gravissime,

*ad 4. alleg. PIRRHING. p. 164. tom. 2. §. 15. non ex vi PRAECEPTI legis divina, sed ex CONSTITUTIONE ecclesiæ. Majores nostri, ut est apud AVENTIN. l. 1. annal. p. 26. Sonntag, ab uxore Tuifconis, der Frauen Sonnen, quæ præratherbis, morbis &c. denominarunt. Cum sol occideret, fas non erat dicere: sie gienge unter, sondern sie gienge zu Rüst und Gnaden, quod hodiernum superstitionis obseruant. AVENTIN. ibid. Quæ GOBELIN. PERSON. p. 81. ap. MEIBOM. tom. I. affert, aliter quidem, sed nescio, an melius, rem explicant. Sunt hujus loci etiam, quæ differit autor speculi Svecic. c. V. de sanctitate diei dominicae: Des Sonntags ward unser HErr JEsus Cbriſtus gekündet von Gabriel unser Frauen ſant Marie. Der Sonntag war der erste Tag, der ie ward, und wird auch der leift Tag, als wir erſtyn follen &c.*

\*\* Hujus diei celebratio omnibus fere præcipitur legibus; de Romanis l. 3. & II. C. de feriis, & de jure Canonico cap. 1. de feriis, jam non dicemus; idem tamen obtinet Langobardorum jure, tit. 49. lib. 2. & Francico seu Germanico. Sequamur hic è pluribus diligentiam GOLDASTI, qui tom. 3. p. 116. conf. Imper. recitat decretum Childeberti & Clotharii ao. 539. in comitiis Coloniens. promulgatum: *Diem dominicum, similiter placuit observare, ut quicunque ingenuus, excepto, quod ad coquendum vel ad manducandum pertinet, opera alia presumferit, si Francus fuerit sol. XV. componat, si Romanus VII. sol. servus autem tres solidos reddat, aut DORSVM suum componat. Si-* mile

sime, ita, ut omnes judices \*\*\* , omnisque  
urbana plebs, cunctarumque artium officia illo  
venerabili solis die quiescant ; ruri tamen posi-  
ti \*\*\*\* agrorum culturæ libere licenterque, ne-

B 3 CES-

mile quid sancivit Gunthramnus Rex Francorum anno  
588. ap. Eund. p. 650. Eum hac in re secutus est Pipinus  
anno 756. cuius decretum vid. apud GOLDAST. tom. 3. p.  
650. In concilio Aquisgranensi præcipitur à Carolo M.  
ut à vespere usque ad vespere dies dominica servetur. Capitul.  
Carol. M. anno 789. cap. 15. imo & ruralia opera die domi-  
nica sunt prohibita. ibid. cap. 18. vid. BALVZ. Patrem se-  
catus est ob pieratem, ferme dixeram, ob superstitionem,  
celebris filius Ludovicus Pius idem hisce præcipiens ver-  
bis : inter cetera admonitionis nostra officia satis illud necessa-  
rium visum, ut populus fidelibus terribiliter denuncietur, ut diem  
dominicam, in qua auctor vita resurrexit à mortuis, honorabi-  
liter & venerabiliter colant &c. capit. Ludov. Pi de anno 820.  
ap. Baluz.

\*\*\* Jure Romano hoc sole clarius patescit : idem  
sancivit Carolus II. Imperator anno 853. ut missi nostri per  
singulas parochias comitibus & reipublicæ ministris ex BANNO  
NOSTRO præcipiant, ne malla vel placita in exitibus & in a-  
triis ecclesiarum & Presbyterorum mansionibus, neque in do-  
minicis & festis diebus tenere presumant. ap. GOLDAST.  
tom. 3. p. 275.

\*\*\*\* Præclare de licitis & illicitis in diebus sacris  
disputat ESPEL. jur. eccl. p. II. tit. 17. c. 3. AVGVSTINVS  
in comm-

cessitate urgente, inserviunt eo die, quod multo magis de reliquis festis + dicendum.

§. VII. Sed quid juvasset agricolas diebus festis citra ecclesias censuram fruges in horrea recondere, nisi & contra insultus turbulentorum ipsis fuisset prospectum? isthoc præcipue ævo, ubi ius ense

in commentar. ad Psalm. XCI. melius est, inquit, hoc die arare, quam saltare; & ad Psalm. XXXII. melius est hoc die fodere, quam saltare. Cum sabbathum à Deo sit præceptum: nec in eo exercenda proinde, quæ Deus prohibuit. Unde secundum praxim modernam non adeo difficiles esse debent clerici in concedenda venia circa res necessarias, uti præivit olim Constantinus M. l. 3. C. deferris. Nec satis ẽum refellit Leo in Nov. 54. Consentit cum Constantino Elector Saxon. in Ord. Eccles. art. gen. 17. §. Es sollen auch Sonn- und Feyertage. CARPZOV. II. defin. 201. Plane à Catholicis nostrates, ubi iis subsunt, veniam segetes colligendi consequi norunt Svevi, Franconique.

+ Quomodo gentiles sacerdotes olim politica negotia festis turbaverint, vid. ap. GOTHOFRED. ad C. Theodos. tit. de fer. ubi tamen consimilem querelam de numero festorum apud Christianos leges. Locum hic mereatur gravamen nat. German. ap. GOLDAST. in R. H. Nachdem dem armen Volck nicht wenig, sondern hochbeßwerlich ist, daß soviel Feyertage gesetzt, und bey dem Bann zu halten geboben werden: dann sich oft begiebt, daß den armen Leuten an Feyertagen, Un gewitters halben, ihre Früchte auf dem Felde

Felde verderben, und schadhaft werden, die sie, so man nicht  
so viel Feiertage halten müsse, anbeimsen kanten. Zudem,  
daß auch an den Feiertagen, die ohne Zweifel guter Meinung  
und Gott zu Lob geordnet sind, in mancherley Weise mehr Sünd  
und Laster, denn Gottes Lob verbracht wird, wie offenbahr  
am Tage lieget: Bedenken die Weltl. Stände, daß nütz und  
gut wäre, solche übermäßige Feiertage abzuziehen.

\* Vocatur das Faust-Recht, Kollen-Recht, Stegreif  
&c. quamvis duo priora, quæ jus manuarium dicuntur, eo  
pertinerent, ut quis sua defendat, vel recuperet, vel debita  
sibi acquirat, ut sit veluti loco actionis. Ita enim  
LERCH. de ordin. equ. fund. i. num. 94. in Mangel schleinigen  
handhabigen Rechtiens hat ordo equestris sich juris belli und  
Faust-Rechts wieder die, so ihn bedränget, allein und durch  
Helfers Hülfe gebraucht. Erathic processus nobilibus pro-  
ficius, vel enim ipsa equitum denominatio, possessio ca-  
strorum circa vias, (castra habere est nota nobilitatis:  
unde die Erb-Männer zu Münster, vid. elect. jur. publ. t. 72.  
urgent contra ordinem equestrem pro nobilitate sua pro-  
banda, daß sie auf BEGR. ABENEN Häusern gewobnet.)  
instituta parentum, ad bellum & vim invitabant. Nec  
dabatur in pagis fere alia occasio ditandi magis promta.  
Notat idem LERCH. n. 12. d. l. daß die Stadischen Personen,  
so den Ritterl. valor geteift, oder die gerne mit Rube gewus-  
chert, solche actus des Adels verleumbdet. Unde urbes o-  
mnimodo laborarunt, ut haec violenta litigandi ratio tol-  
leretur, nobiles vero pro virili morem receptum conser-  
vare

erant res licetæ, & legibus publicis veluti in formam artis \*\* redactæ: inde & huic malo obviam eundum erat. Quare clericorum securitas plane extendebat ad ruricolas, & pace Dei \*\*\* muniebantur.

## §. VIII.

vare studuerunt. DATT. lib. II. 99. Stegreif, Stegreifs-Nabung autem olim de iis dicebatur, qui bellum inter artes censabant, quibus vitam tuemur & necessaria acquirimus. Inde hi non pugnabant & bellum inferebant, quia læsi erant, sed pro flipendio & ex locato conducto quod alteri pugnantium parti se associarent: qui mos, teste quotidiana experientia, nec hodie defit. Excusat eundem LERCH. d. l. nos nec indistincte laudamus nec rejicimus illum. Orientur quandoque hinc *Heckenfischer, Staudenreuter*, vid. eund. ib. schädliche Leute, de quibus consule LL. publicas apud DATT. L. I. c. I. n. 60. sequ.

\*\* Prescribebatur enim 1.) certum tempus, ut diffidatio fieret non noctu & minimum tres dies ante invasionem. vid. confit. Frider. II. ap. GOLDAST. tom. 2. der Reichs-Satzungen p. 17. 2.) locus insinuationis, quem A. B. tit. XVII. constituit, est diffidanti domicilium: 3.) nuncius seu certus facialis. Solebat accedere CORDATA subscriptio sociorum v. c. Gerung von Emershofen, das edle Blut, das wenig hat, und viel verthut. vid. DATT. II. 8. n. 42.

\*\*\* Explicat pacem Dei peculiariter libello FABROTvs de Treuga & pace, add. DATT. L. I. c. II. Treugæ erant inducæ ad certas dies, unde sibi oriebantur disputatione-

§. VIII. Legum favor erga rusticos in sa-  
cris tandem se exerit in *crimine præsumta hære-*  
C *scos,*

putationes de computo, vide quæ gesta sunt inter Comitem de Hoja & civitatem Osnabrugensem p. 258, *Chron.*  
*Osnabrug. ap. MEIBOM. tom. II.* Sed pro agricolis è LL.  
Germanicis subjiciamus pauca. Sic in conventu Alsatiko  
ao. 1051 sub Henrico III. habitu hoc sancitum : *pacem*  
*clericis omnibus & feminis & mercatoribus & causa orationis*  
*transeuntibus, & agricolis, dum operantur in agris, vel in a-*  
*grum exeuntibus, vel redeuntibus concedimus. GOLDAST.*  
*tom. 2. p. 47. confit. imper.* Hoc & in sequentibus temporebus magis magisque corroboratum, uti ex *Ordnung des*  
*fünf-Jährigen Land-Friedens* de ao. 1398. videre est : *Auch*  
*soll niemand den Pflug mit synen Pferden und andern Vybe, we-*  
*nig oder viel, zuvey Menschen zu dem Pflug gehærende, und*  
*gleicher Weise die Eygen und andere, si sin Mannen oder Wybe,*  
*die das Feld oder Wyngarten buwen, von dem Huse bis off das*  
*Feld und Wyngarten, off dem Feld und Wyngarten, und von*  
*dannen beym ire Hauser, vaben, angriffen, oder sie beschädigen,* ap. *GOLDAST. in Reichs-Hanll.* Cum jam dictis  
exacte concordat Specul. Svevic. c. 194. *Nu vernemet den*  
*andern Frieden, den Keyserliche Gewalt gesetzt und geflattet*  
*hat mit wælliger Kür in allen Teutschēn Landen, mit der Für-*  
*sten und wæisen Meister, und ander wæisen Leute, die in dem*  
*Land evvarend. Alle Tage, und alzyt solt haben Frid Pfaf-*  
*sen, und al geistlich Leut, Maget und Witwe, und alle Wysen,*  
*Kaufleute und Juden an irem Libe und iren Gut, Kirchen und*  
*Kirchbäse, undiglich Bedarf in synen Zaunen, Mülin, und des*  
*Küngs.*

ſeos \* , perjurii, ſuperſtitionis ; \*\* ab his enim, horumque poena ordinaria, ceteris paribus, excludantur & liberantur.

## SECTIO

Küniges Straß an Waffer und Felde, dis fol alles ſteuen Fried haben. Eadem fere habet verba ſpecul. Saxon. libr. 2. art. 66. Idem repetit Fridericus III. in R. I. Francof. ad Man. a. 1442. §. Wer in offenen Vebden gefreyet feyn foll.

\* Communis est doctrina, quod de rustico non praefumatur heres & perjurium, quodque à poena horum criminum liberentur. FARINACIVS quidem apud SPEDELI in Spec. Jurid. voc. Bauren, limitat dictam regulam, quod non procedat in errore circa articulum fidei ; sed forsitan Farinacius ſibi ipſi non conflat, quid enim effet heres, ſi non effet (ex communī doctrīna) error in articulis fidei ; adeoque illa reſtrictio eft nullius momenti. Sed ſi poenam hæreſeos perpetuidimmoſ, facile conflat, exiguum in hæreſi ſubeffe privilegium rustici : fidei enim cura ad magistratus leges criminales vix ſpectat, quicquid eredant ſubdit, Principis nil interefft, modo turbæ & tumultus evitentur ; vid. commentar. meum ad PUFFEND. tr. de babitu religionis Christian. Unde neſcio, an in jurisprudentia criminali protestantium melioris conditionis ſit ceteris hæreticis. A Catholicis autem uſum hujus praefumtionis pro rustico non inficiamur.

\*\* Als in Gauckelyen und Stegenſprechen, quando characteres, verba, herbz & alia res adhibentur, qua natura ſua nullam tamē vim habent, quam tamen habere perhibent deceptores. Jure Romano tales incantatores

res

SECTIO II.

D E

AGRICULTVRAE NON NOBILIS PRIVILEGIIS  
E IVRE SECVLARI.

S. L.

**L** Argior, quam præcedente capite, se hic messis offert privilegiorum. Redeunt tamen forte ad has generatim classes, quod respiciant, ut vox agriculturæ ipsa innuit, vel personam cultoris; vel agrum colendum. Illuc referunt testamenta rusticorum, contractus, delicta, actus in judiciis, licen-

res summo supplicio afficiebantur, i. e. bestiis objiciebantur, cruci affigebantur, vel vivi comburebantur. Quid Ordinatio Criminal. in hos statuerit vid. art. 44. sequ. ibid. Sed agricultor ab hujus poena gravitate sunt exempti. Casum notatum dignissimum de rustico nobis exhibet Speidelius, hic non solum in morborum curationibus superstitionisissimis usus fuerat remediis, sed & alia insimul criminis perpetraverat, cum alterius conjugi concubendo, alienas nuptias sollicitando, sodomitiam exercendo quodammodo, perjuriumque committendo &c., quia tamen rusticus erat, omniumque literarum ignarus, propter hanc spem ignorantiam & rusticitatem poena alias capitulis, tot concurrentibus delictis, ita fuit mitigata, ut, duabus digitis amputatis, fustibus caderetur, perpetua superaddita relegatione. SPE IDEL. Spec. voc. Seegen sprechen.

\* De

## 20 SECTIO II.

tiam suam persequendi extra judicium & alia. Huc spectant dicenda de agris, hortis, vineis &c. de accessoriis horum naturalibus, ut frugibus, arboribus &c. industrialibusve semine, aratro &c. animalibus ad usum agri paratis. Addantur tandem quædam coercitiones ignavorum, & excitationes diligentium.

§. II. In testamentorum \* misera & nimia, ut Scævola appellat, diligentia duo rusticis sunt remissa, 1.) numerus testium septenarius, ita, ut etiam quinque \*\* sufficient; 2.) subscriptio à fin.

---

\* De testamentis vetera jura Germanica nil disposerunt, cum Germani materiam litium fertilissimam, testamenta, ignoraverint. Merito etiam laudantur hæc veterum Germanorum instituta à CONRINGIO in prefat. 2. ad Tac. p. 70. cui addas velim LEHMANN. Chron. Spirens. libr. 2. c. 19. Cum Christianismo & testamento in Germaniam sunt inventa; sed illis temporibus insimi subfiliii homines testamenta non condebant, ut hodie à quoconque fieri experientia nos edocet. Vid. Specim. methodum Jurispr. pag. 209. §. 3.

\*\* Numerus testium septenarius remissus est jure civili I. f. C. d. testam. & Germanico, vid. Ordinat. von Untertricht der Notarien d. 20. 1512. tit. von Testamenten §. und folgen &c. Jus Canonicum quidem cum alibi, tum præcipue ruri habitantibus subvenire voluit c. 10. X. de testamo-

utio

à singulis testibus propria manu adjicienda \*\*\*,  
siquidem unus pro ignaris omnibus subscriptio-  
nem testamenti interponere potest. Tandem &

C 3 omisio

ule. volunt. sc. testamentum posse subsistere statuens, mo-  
do coram parocho & binis vel tribus testibus sit condi-  
tum; sed hujus validitas intra terras ecclesiae includitur,  
& apud nos hoc in passu non valet communis Dd. regula,  
*quod jus canonicum in causa testamentaria juri civili prefera-  
tur.* Praxi igitur quinque requiruntur testes, nisi con-  
suetudo vel statuta particularia minorem testium nume-  
rui concedant, uti in provinciis Ducum Saxonie (in E-  
lectorat. Sax. jus civile sequuntur. CARPZOV. 3. 4. 30.)  
rusticorum testamenta sunt firma coram parocho & duo  
bus testibus, etiam non rogatis, condita. RICHTER. dec.  
28. COLER. p. 1. dec. 35. n. 4. vel etiam coram quatuor te-  
stibus absque paroch. RICHTER. ibid.

\*\*\* Veteres leges testamentariae in observatione  
solennium admodum rigorosa erant, subscriptionem à  
singulis testibus sua manu adjiciendum requirentes. l. 22.  
§. 4. qui testament. fac. poss. & si unus testis litteras signora-  
bat, ipsius erat ducenda manus. LVCAS DE PENNA ad l.  
10. C. §. omnia de num. actuar. & cartular. Specim. meum pag.  
224. §. 13. Rusticus habet privilegium, quod in suo te-  
stamento, unus testis pro ignaris omnibus subscriptionem  
interponere possit. l. f. C. de testim.

¶¶¶ Hæc

*omisso solennium*, quæ non maximi videntur momenti, testamentum non vitiat. \*\*\*\*

§. III. In successionibus porro *Pratoris* tempus agnoscendæ bonorum possessionis \* ipsi non currit, adeo, ut eis liceat etiam post tempus edictis definitum \*\* illam petere. Imo jure patrio, quamvis fiscus hereditatem aliquam ad se pertractam, nullis extantibus heredibus, per integrum annum servayerit \*\*\*, rusticus hæres jus

\*\*\*\* Hæc, uti & plura alia, quæ passim prostant & nos prætermittimus. *Vid. apud RICHT. dec. 28. n. 9.* ubi & præjudicium.

\* *Vid. Spec. Jurisprud. pag. 786. §. 21.* neque mirum est, quod tempus agnoscendæ bonor. possess. rusticis non currat, originem enim trahit unice ex jure pratoris, merisque subtilitatibus est repleta, quas tamen rusticus, omnium litterarum ignarus, simplicitatemque amans, capere haud valeat.

\*\* Tempus petendæ bonorum possessionis in parentibus & liberis est anni spatium, in reliquis vero five agnatis five cognatis centum dies utiles.

\*\*\* Communis alias est regula, quod tunc fisco deferatur hereditas, nullis extantibus heredibus, postquam illam per annum & diem heredibus expectatis conservavit judex, uti ex art. 28. & 29. lib. 1. Spec. Saxonici liquet: *Was solches Dings Erblosß stirbt, als Heergewette, Erb, oder*

DE AGRICVLT. NON NOBIL. PRIVIL. E IVRE SECVL. 23  
jus suum ignorans, tamen eandem à fisco repe-  
tit. \*\*\*\*

§. IV. Hęc de negotiis ultimae voluntatis, &  
successionibus. Ex actibus inter vivos, eminent  
contractus, in quibus à variis varie peccatur, plu-  
resque occurruunt pœnæ. Ast agricolarum sim-  
plicitas, ne dolose egisse credantur, ipsis ubique  
adju-

oder Gerade, das soll man antworten dem Richter oder Fron-  
boten, ob er es heischet nach dem Dreyfigen. Das sol dann der  
Richter behalten Jahr und Tag unverhan, und warten ob sich  
iemand darzu ziehen wolt mit Recht. Kommt da niemand, so  
kebre es der Richter da zu seinem Nutze.

\*\*\*\* Ut apprime patet ex glossa ad art. 28. lib. 1.  
Spec. Saxon, ibi queritur, quid sit statuendum de ignoran-  
te, hereditatem sibi esse delatam, an hic post annum &  
diem hereditatem à fisco repetere possit? Glossa distin-  
gyvit inter ignorantium facti & juris, an sc. ignoraverit  
mortem alterius, & tunc illum repetere posse, inquit, res  
hereditarias intra annum & diem à tempore scientia; an  
vero ignoraverit jus suum, seu hereditatem sibi deberi,  
de hoc ita pronunciat: wifst er aber seines Rechtns nichet,  
das entschuldiget in nicht, denn ein iglicher sol sein Recht wis-  
sen. Doch sind dreyerley Leute, den man bilft, ob sieires Rechts  
nicht wissen, als Rittern und Kindern, und Frauen, und Bau-  
zen dürfen auch ihre Recht nicht wissen oder können. Ut a-  
deo ex hisce verbis videre liceat, rusticos hereditatem à  
fisco repetere posse.

\* Gra

adjumento est. Unde non censentur *usurarie* \* contraxisse; sicut & in *pacto anticretico* superfluum frigum, legitimum usurarum modum superans, sorti non imputant \*\*, emtaque re quadam

\* Graviter *usurae enormes* recessi Imper. sunt prohibita, quinque nunc esque tantum permisit, R. I. d. ad. 1654. Hanc igitur legem, ut quidam evertentes, cautelæ loco pactum de retrovendendo adhibere suadent, putantes hoc modo legem publicam circumfiri posse: species talis esse potest: Titius, pecunia indigens, roga avarum Mevium, ut sibi mutuo det centum; Mevius, quinunce usurarum haud contentus, initio hoc ipsi denegat, mox vero promittit, modo plus usurarum det, quam conservimus. Quia vero avarus ille simul timeret, se propter nimias usuras totam perditurum sortem, resolvit mutuum in retrovenditionis pactum, vi cuius Titius agellum suum, qui jam valet 120. pro 100. vendere Mevio, intraque anni spatium à Mevio 120. redimere cogitur. Sed talpa coecior videt, tale pactum esse usurarum pallium, merasque R. I. cavillationes continere, ut adeo hoc modo contrahens idem agat, ac si aperte contractum usurarium inivisset. Hoc tamen in rusticō partitur exceptionem, hujus enim pactum de retrovendendo non præsumitur contractus usurarius. SPEIDEL. in Spec. Jurid. voce Bauren, p. 114. ANDLER. corp. const. Imp. tom. 2. P. 2. p. 721.

\*\* Veteribus Germaniæ temporibus semper obtinuit, ut fructus rerum oppignoratarum creditorū cedent,

rent, neque hic de illis ad rationes reddendas teneretur,  
uti patet ex formul. 50. tom. 2. Marculphi ap. BALVZ. p. 463.  
Domino fratri illo. Ad petitionem meam mibi non denega-  
sti, nisi ut in summa necessitate mea argento vel amictu valentes  
solidos tantos in manu mea ad prestitum beneficium mibi pro-  
stisti. Propterea OPPIGNORO tibi vineam proprietatis meae  
in pago illo, in loco, qui dicitur, illo, ari pennos tantos. Sub-  
jungit de ambobus lateribus & ambobus frontibus terra lui, in-  
tra ipsa terminatione & mensura ad integrum, & VSQVE  
ANNOS TANTOS FRVCTVM, quem ibidem Deus dede-  
rit, ad partem tua clidiam sum habere debeas, & per temetipsum  
ipsa vinea condigere facias, & quomodo ipse FRVCTVS  
TANTOS ANNOS TRANSACTOS habueris, & debito tuo  
reddidero, cautionem meam per manibus recipiam, stipulatio-  
ne subnixa. Actum illo &c. Et in formulis Sirmondicis  
form. 13. ap. BALVZ. tom. 2. p. 475. talis extat: Magnifico  
fratri illo ego ille. Ad meam petitionem vestra decrevit volun-  
tas, ut mibi beneficium de rebus vestris illis INTER ANNOS  
TANTOS facere deberetis, quod & iste fecisti. Et ego pro  
bujus merito beneficium OPPIGNORO tibi lecellum, rem propri-  
etatis meae nuncupantem illum, sum in pago illo, cum omni sua  
integritate vel soliditate. Ea vero ratione, ut quomodo jam  
dicti anni adimplerit fuerint, & tu FRVCTVS ipsius terre PER  
QVINQVE ANNOS TANTOS exinde collegaris, ego supra  
dictum debitum tuum tibi desolvam, & rebus meis, una cum  
cautione mea de manibus tuis recipiam. Et si negligens aut tar-  
dus exinde apparuero, supra scriptum debitum iuum in DV-  
PLVM partibus tuis sum redditurus. Quod & adhuc hodie  
in agrorum frugibus juris est; hi enim fructus admodum  
sunt incerti, unusque annus alterum saepius compensare

D

debet;

quadam contra juris prohibitionem, *pretio soluto*  
non privantur. \*\*\*

§. V. In *contractu feudal* potro hoc ru-  
sticis est indultum, quod, licet investitura reno-  
vationem intra tempus conservatum non petierint,  
feudis tamen haud preventur \* : parili modo in  
*emphyteusi*, ob neglectam hujus contractus reno-  
vationem, non ita graviter, ut alii, eos puniri pos-  
se, censeo : quod multo magis in *decimis* ex agro  
haud perolutis, obtinet. \*\*

§. VI.

debet: accedit, quod fructus isti plurimum industriae  
ejus debeantur, cui fundus in antichresin est concessus, ut  
adeo in sorte regulariter non imputentur. RICHTER.  
dec. 74. n. 13. CARPZ. 2. 30. 40.

\*\*\* *Vid. Accurs. in l. quemadmodum C. de agricol. es-  
censit.* Casus evenire poterat olim, si rusticus rem litigio-  
sam emerat, ubi alias emetis rem restituere tenebatur,  
premiumque simul perdebat solutum pro illare empta.

\* Jure quidem communii feudal hic nil remisum  
est rustico, ideoque & ille sub poena feudi amittendi re-  
novationem petere debet. ROSENTHAL. de feud. c. 6.  
concl. 32. Moribus tamen, praesertim Saxoniciis, obtinet,  
quod rusticus amissione feudi, ob neglectam investiturae  
renovationem, haud puniatur, sed tantum poena aliqua  
arbitraria. WESENBE C. d. feud. cap. 25. n. 7. CARPZ OV.  
2. 45. 21. RICHTER. dec. 84. n. 7.

\*\* Vocantur haec *decimae* alio nomine *Bet. Garben*  
oder

§. VI. Olim majores nostri in puniendis delictis \* fere ubique memores erant humanæ im-

D 2 becilli.

oder Bet. Korn, quia antiquitus frumenti fasciculi precatio in recognitionem dominii dati fuerunt. MVNDIVS d. muner. & honor. c. 2. num. 422. Mart. MÄGER. de advocat. armat. c. 17. n. 213. Cum enim priscis seculis agricolæ potentiorum injuriis premerentur, fere in nobilium servitutem quodammodo addicebant pro tempore, iisque annua ultro munuscula porrigebant, uti de rusticis Galliæ refert Julius Cæsar. libr. 6. de Bell. Gallic. Quorum munerum nonnulla postmodum detorta sunt in necessitatem, ut adeo, quod initio erat beneficium, postmodum fieret debitum, & ex bitten ortum sit gebietben, ex betben, Geboth. BE SOLD, tbes. pract. voc. betbe. Magistratus igitur, ejusmodi decimas exigens, modice illud peragat, in primis adversus tenues, neque statim ad pœnam festinet, ne industria bellum indici videatur; potissimum vero cum aratoribus, qui alienos agros non suos colere conservaverunt, mitius agatur. KLOCK. de arar. libr. 2. c. 16. n. 72. ap. DU. THOMAS. dissert. de jure circa frumenta cap. 4. num. 26. seq.

\* Audiamus Tacitum: luitur, ait cap. 21. de M. G. etiam homicidium certo armentorum ac pecorum numero, recipique satisfactionem uivera domus. Magis in universum de pecunarum mitigatione pronunciat Vadianus Sanct. Gall. L. I. de orig. monaster. German. Rarum illis supplicium capitis, & in totum maleficiarum pœna levior, maximis criminibus arariis furtis, que bodie ferme sanguine & morte vindicantur.

becillitatis, nec facile crimen ultimo suppicio luebatur; successu temporis creverunt variis ex \*\* causis poenæ, testes sunt historia & leges. Nihilo minus

*Cantur.* Certius autem hæc probabimus per ipsas leges. In LL. Salicis c. XLIII. §. 1. mulcta dictatur homicida; non aliter fere in LL. Ripuar. c. 8. Bojuaric. c. 8. 9. & Alemann. c. 49. 97. de furibus ferarum est in Spec. Saxon. L. II. art. 61. Da Gott den Menschen schuff, gab er ihm Gewald über alle wilde Thier. Darumb haben wir das eine Urkunde, daß niemand seinen Leib noch sein Gefind an diesen verwirken mag. In eo tamen major rigor appareat, vel potius constantia laus, quod non frustra statuerent poenas, sed statutas omnino exequenterunt. Docet hoc istud Tacitus cap. XIX. in criminis adulterii, inquit, nulla publicata pudicitia venia. Nemo illic vitiaridet, nec corrumperet & corrupti seculum vocatur. Hodie alicubi leges iram leonis, executio autem torporem ovium referunt, ut unice sint timidis & simplicibus formidini.

\*\* Præcipua est in proverbio: *crescentibus delictis exasperande sunt poena.* Hic vellem scire à viro sapiente, quaratione olim magistratus rem aggressus fuerit, quod delicta istud hoc non creverint, crescent autem nostrum. Imo in pena homicidii dicta parœmia plane nequit allegari, quia hoc olim erat frequentius, mitior tamen obtinuit poena. Vid. LL. Salic. Capit. Ludovici Pii; sententiam Ottonis IV.; statuta Academ. Lipsiens. Vid. defens. Birckner. p. 16. & p. 137.

\*\*\* Agit

minus hodienum ratio solet haberi agros colentium sive rusticorum , \*\*\* ut levius in illos animadvertisatur. Cujus lenitatis exempla & supra est jure ecclesiastico attulimus.

§. VII. Non continetur autem haec indulgentia intra leviora delicta , verum extenditur etiam ad atrociora . Plane in sevissimo perduellionis \* crimen , respectu rusticorum , clementia rationem fuisse habitam est legibus edocemur

D 3

pu-

\*\*\* Agit de hoc capite TIRAQVELL. depæn. temp. per. cauf. XI. Ratio est, quod credulitate, imperitia, rusticitate delinquere presumantur : quamvis rei veritate inspecta , hoc privilegium magis ignorantia in genere, quam speciatim rusticæ vitæ debeatur. Nihilominus manet privilegium ea ratione, quod ipsa ignorantia facilius toleretur in rusticis, quam in aliis hominibus. Vid. Ant. MATTHÆI de crimin. tit. de pæn. c. 5. n. 10. Accedit variis in locis acerba & afflicta rusticorum conditio, qua æque ut diu in carcatorum ærumna, veniam mereri videtur.

\* Habetur hoc crimen pro atrocissimo, unde plurim in hoc judicio singulariter constituta annotantur. Vid. MATTHÆI de crimin. tit. de lafa majest. cap. 4. per tot. Et Frider. II. in conslit. ad capit. regn. ait : quod inflat pietatis fit in hujusmodi sceleris correctione fuisse crudelem. Meretur integra constitutio lectionem, ut odium hujus criminis discessas ; jungetamen lectioni finita Modestin. in l. 7. §. 2. ad L. Jul. Majest. \*\* Ita

publicis. \*\* Adjiciunt juris interpretes in hoc argumento varias restrictiones speciales \*\*\* , que forte feliciter prudentis judicis inferioris vel summi arbitrio relinquuntur definiendæ.

## §. VIII.

\*\* Ita enim *Recess. Imper. d. 40. 1526.* in tumultum rusticorum statuit : *Es soll auch eine jede Obrigkeit gegen denen, so der baurischen Aufrührer halben ausgetreten, nach Gelegenheit eines jeden Verbandlungen, dermassen ergeizigen, daß man soviel sich immer leyden will, MEHR GNADE UND GUTIGKEIT, denn die Schärfe und Ungnade führen und finden mäge.*

\*\*\* v. c. Distinguunt.) inter delicta contra ius naturæ commissa & reliqua. Sed hic varia moneri possunt, v. c. quod non conveniat inter doctissimos, quanam crimina sint contra ius naturæ, disputatur de incestu sane, polygamia ; &c. deinde licet rusticus sciat hoc esse prohibitum jure naturæ, potest tamen ignorare, quantum sit crimen & qua ejus poena in foro statuta : tandem si quis cogitet, quanta vis sit consuetudinis & morum pravorum, facile colligit, quod etiam idea maximorum criminum possint extingvi in mente humana &c. 2.) Distinguunt, an rusticus clam deliquerit, an palam, ibi dolum presumi putant, hic vero minus. Sed nec hoc generatim dici potest, rusticus pudore rusticus etiam licita celant. 3.) Distinguunt inter rusticum sagacem & simplicem, atqui si nil hic monendum esset, vera tamen erit assertio, quod res committenda arbitrio judicis, nam quomodo alias quæso simplicitas sagacitasque distinguuntur.

\* Causam,

§. VIII. Circa processum optare solemus, ut sit brevis & minus sumtuosus. Sane rusticis sat cito & sat bene suo jure potiri licet. Nam illo- rum processus est *summarius*\*, vilisque pretii.

§. IX. Sed generalia veluti privilegia puer- dentiæ legislatoriæ non suffecerunt, verum quædam speciatim exprimere & nominare, è revisum est,

\* Causam, quare rusticorum lites summarie, sine strepitu & judicij figura, sola facti veritate inspecta, sint decidenda, ut longiique petantur, non opus; quilibet enim videt, quod rusticis sint homines plerumque inopes, ignari & in fatali quasi miseria viventes. Accedit, quod reipubl. multum interfit, ne rusticis per diuturnos proces- sus ab agrorum cura abstrahantur. LL. igitur jam dum Romana Nov. 80. cap. i. hoc bene perpenderunt, & taleni rusticorum processum efformarunt. Vestigia harum LL. legerant multæ multarum provinciarum ordinatio- nes. De observantia in Saxonia testis est CARPZ. libr. 6. Resp. ult. § process. lib. 1. art. 1. n. 69. LEYSER. Jur. Georg. cap. 27. n. 31. Idem obtinet in ducatu Saxo-Gothano vi Ordinat. part. 2. cap. 1. vers. als da sind Sachen die zwischen Baurenstreitig. Item, Reformat. Francof. ad Mæn. part. 9. tit. 7. §. 3. vers. es sollen alle die an das Acker. Gerichte gebärige Sa- cher summarie & de plano verbandeln, &c. Vid. plur. MAR- TINI commentar. forens. rubr. n. 109. In ducatu Brunsy. Luneb. Cellenfiidem fanticum, judicesque primæ instan- tia, causa rusticis ad aulam Principis delata, informatio-

nem

est, quod rusticus *citatus* \*, si non comparat coram competente judge, non statim contumaciae accusari punirique debeat. Si autem fuit *citatus*, coramque incompetente judge litem contestatus, *exceptio fori*, alias tantum dilatoria, etiam

nem statim adjungere debent, quo, justitia causæ cognita, sententia cito ferri posit. *Ord. Polit. Cellens. cap. 10.* Sereniss. Dux Brunsvic. Georg. Wilhelmus statuit in der *Amts-Ordnung. §. 7. it. In der Resolution der Noysischen Landschaft ertheilet ao. 1697. it. in der Resolution denen von Adel im Dannenberg, ertheilet ao. 1682.* quod processus des Land-Gerichts etiam esse debeat brevissimus, & quo hoc facilius possit obtineri, protribunal debet haberi à praefecto & actuario. Haud alia est ratio der Meyerdinge in inferiori Saxonia, quæ nomine Principis per commissarios und die ältesten Meyer habentur: ab horum sententia appellare ad superius judicium, haud est permisum, ne quidem ad Cameram Imperialem, uti hoc apparat ex attestato Episcopatus Hildes. de anno 1664.

\* Hoc privilegium maxime favorable est ideo, quia rusticorum labores sèpius ita sunt comparati, ut illis certo tempore omisis, totius anni spes præcidatur vid. l. 2. ff. *si quis in jus vocatus.* Exinde DD. concludunt, quod rusticus non comparens contumacia illico accusari nequeat. Praxi obtinet, quod rusticus, si sub pœna combinatione *citatus* fuit, statim comparere teneatur,

\*\* Jure

iam post L. C. ei salva remanet \*\*. Si denique multitudo rusticorum est citata, citatio jure Justiniianeo dicitur nulla. \*\*\*

§. X. A citatione pervenimus ad *libellum*; nunquam enim alterum frustra citari petimus, verum ut ille ad petitionem nostram respondeat, quam s<sup>e</sup>pius includimus libello: sed quid si libellus fuerit ineptus? non est admittendus; secus tam in rustico \*, ubi res ex bono & aequo sunt

E deter-

\*\* Jure civili eum *competentem judicem*, qui alias non erat, facere quis potest vel consensu espresso vel tacito; posterior ex L. C. colligitur ejus, qui forum declinare potuisset. l. 4. C. de Jurisdict. l. 2. pr. ff. de judic. Et quanquam de praxi jurisdictionis prorogata multi dubitant, illam tamen adhuc hodie in usu esse satis evinco *specim.* Jurispr. p. 503. sed ab hac regula rusticis sunt excipendi, his enim exceptio fori, alias tantum dilatoria & ante L. C. opponenda, etiam post L. C. salva semper remanet. *Vid.* Matth. de Afflictis *in conslit.* Neapol. de revocand. trans-eunt. ad alienam habitationem.

\*\*\* Per Novell. 80. Cap. 2. NEVIZ. conf. 61. n. 24. ap. LEISER. Jur. Georg. libr. 3. c. 5. ratio in aprico est, ne scil. agricultura negligatur.

\* *Ineptus libellus* jure non debet admitti. Gail. lib. 1. observ. 66. imo glossatores statuunt, quod iudex istiusmodi libellum dentibus dilacerare debeat. Innoeent. in

cap.

determinanda. Si alter petitionem negat, rustici actoris est, ut suam petitionem probet \*\*, hoc sit plurimum vel per *testes* vel per *instrumenta*; si per *hac*, tunc ex duobus instrumentis prolati, sibi invicem contrariis, unum repetere potest \*\*\*: si per

*cap. examinata. de judicis n. 2.* Rusticis tamen aliquid est indulgentiam in hac re, in primis, quando lis adhuc coram judice prima instantia ventilatur, ubi citissime & sine mora est dirimenda, §. 1. *auct. de questor.*

\*\* Hisce difficilibus probationum generibus veteres Allemanni saepius carebant, praesertim si lis erat de agro quodam vindicando. Hic enim comes sive iudex cum partibus litigantibus ad locum, de quo lis erat, procedebat, remque oculari inspectione bene explorabat cum suis assessoribus, si difficultates eluctari non poterat, actor & reus, manipulum terra, ex agro vindicando defumta, comiti porrigebant, hic glebas vnteo involutas assessori custodiendas tradebat. Proximo judicidi die partes litigantes comparebant, clypeo gladioque armatz, dataque fide, gleba in medium ponebantur. Has quilibet mucrone gladii tangens, Deum ut testem & vindicem invocabat. His peractis res duello decidebatur, victoriique fundus addicebatur. *LL. Allemann. c. 83. D. OEPLER. theor. poenar. p. 1. cap. 1. §. 232.*

\*\*\* Alias producens duo instrumenta contraria probationem reddit vel nullam vel communem *CARPOV. PAR. 1. conf. 7. def. 7. STRYCK. introd. ad prax. fo-*  
*renſo.*

si per *testes*, tunc rusticus testis, contraria dicens,  
non dolo, sed per simplicitatem deposuisse praesu-  
mitur †.

§. XI. Etiamsi jure Romano nemini pri-  
vatorum permisum fuerit, ut judicis obiret mu-  
nus, *sibi ipsi jus dicendo*, licet justissimam haberet  
causam \*, ne graves in republ. oriantur tumultus :  
Jus tamen patrum judicibus, utope ex ma-  
litia vel negligentia auxilia sua saepius differentibus,  
parum fidens, hoc certis quibusdam casibus con-

E 2 cesit

vens. cap. 19. §. 6. In rustico tamen hoc secus, qui unum  
ex duobus instrumentis contrariis repetere potest ex opi-  
nione Baldi in *l. scripture C. de fide instrumentor.*

+ *Vid. SPEIDEL. specul. Jurid. voce: Bauren pag.  
114. & ANDLER. corp. conslit. Imper. tom. 2. part. 2. p. 72. &*  
sic probatio non evanescit. Limitatur quidem hoc pri-  
vilegium, quod non valeat, si de dolo, aut de manifesta  
contrarietate constat ; sed hoc optime judicis arbitrio  
committitur, qui rusticorum simplicitatis memor esse  
debet.

\* v.c. Si quis putabat rem esse suam, sibique deberi,  
& privata occupabat autoritate, tunc, licet res esset sua,  
tamen propter id, quod sibi ipsi judex fuisset, amissione  
juris sui vel rei puniebatur. l. 7. C. unde vi, l. 13. quod met.  
causa.

\*\* *Pigno.*

cessit rusticis, uti hoc ex pignoratione \*\* sole me-  
ridiano clarius patescit.

## §. XII.

\*\* Pignorationem DAS PFÄNDEN originis Germanica esse, ex vetustissimis Germania legibus satis evincitur. In LL. Vifi-Gothorum libr. 8. tit. 3. l. 13. illa jam fundatur his verbis: *Si quis caballum aut pecus alienum in vinea, messe, prato vel horto invenerit, non expellat iratus, ne, dum de domino expellit, evoretur: sed ad domum suam inclusurus adducat, & dominum caballorum vel pecorum faciat certiorum, ut presentibus his, aut vicinis, eorum damnum, quod illatum fuit, effimetur.* LL. Burgundionum tit. 23. l. 1. Et 3. ac tit. 49. Longobardorum tit. 19. l. 21. tit. 24. l. 1. 2. & 6. eandem pignorationem corroborant. Idem egit apud Francos, horum Rex Faramundus I. in suis LL. ap. GOLDAST. tom. 3. p. 2. nec ab ea abhorrent LL. Salicæ tit. 10. l. 5. 9. 10. ut transeam silentio jura Saxonica & Alemannica, illa enim lib. 2. art. 27. 40. & libr. 3. art. 20. Spec. Sax. hæc cap. 221. Spec. Svec. nostris dictis calculum adjiciunt. Mirum hinc non est, quod JCTORUM afferant, pignorationem, tanquam consuetudinem universalem, valere per totam Germaniam, cum jam olim ea ubique vim suam exeruerit. In eo vero errare videntur plerique JCTORUM, quod dicant pignorationem esse consuetudinis, cum tamen per LL. patrias sit introducta: exin videre poteris exemplum legis sub consuetudinis nomine latentis, insimulque usum quendam, quem ex veterum LL. Germanicar. perscrutatione diligenter haurire possumus. Potest vero fieri pignoratio sine judicis consensu. Spec. Sax. l. 2. art. 28. & lib.

3. art.

3. art. 20. Idem extatin Spec. Svecic. cap. 221. Sed quid si pignorati alter refistat? hoc sane non fert impune, sed nullatur propter hoc, Spec. Sax. l. 2. art. 27. webren sie denn das Pfand wider Recht, man bekümmere sie mit dem Gerüste, so müssen sie bessern das Gerüste mit dreyen Schillingen, und auch das Pfand ließen mit Recht. Longe gravior pena in hujusmodi repugnantem legitur ap. GOLDAST. in conslit. Imper. tom. 3. p. 26. Si aliquis Saxo caballos in sua messe invenerit, & ipsos caballos inde ducere pro suo damno ad compromandum voluerit, si quis liber homo ei contradixerit, aut aliquid malum pro hoc ei fecerit, tripla compositione secundum legem, & secundum EVUA EA emendare studeat, & insuper bannum dominicum solvat, & manum perdat, pro eo, quod inobediens fuit contra preceptum domini Imperatoris, quod ipse pro pace statuere jussit. Si servus hoc fecerit, secundum suam legem omnia in triplum restituat, & disciplina corporali subjecat. Concessum vero est hoc ius, ne iiqui damnum passi sunt, opus habeant, propter minutias saepius cum tadio & pudore ad judicem currere, si quidem pignorati hoc medio adiguntur, ut damnum citius refarciant. SCHEPLIZ. ad consuetud. Brandenburg. pars. 4. sit. 21. n. 6. Accedit, quod lafio saepius non repararetur, nisi tale quid concederetur, cum judices quandoque munus suum negligant, quandoque etiam non statim praesto esse possint. vid. gloss. ad art. 28. libr. 2. Spec. Saxon. und dis darum, daß dis altermeiste geschicht von weg fertigen Leuten, die unmöglich weren anders zu Recht zu bringen. Lafio, ad quam reparandam LL. pignorationem concesserunt, fit in rebus rusticis præcipue, v. c. quando quis per alienum agroum equitat, vehiculum ducit, gramen, segetem vel fructus alienos secat, proster-

§. XII. Privilegia, quæ rusticis competit  
ratione personarum, excipiunt nunc ea, quibus  
gaudent ratione rerum, & quidem immobilium, ut  
sunt domus, agri, horti, vineæ. Et in genere qui-  
dem harum rerum tantus favor, ut leges German.  
earum venditionem \* certo modo interdixerint,

quo

nit, perdit, vel plane auferit, item si quis hortum intrat a-  
lienum, poma decerpit, arbores cædit, limites movet,  
alienum desulcat agrum, vicinorum depascit prata & sata,  
ac quæ sunt ejusdem generis centum alia, uti ex inspectio-  
ne Speculorum Saxonici & Svevici, nec non LL. veterum  
Longobardorum & capitularium Regum Francorum vi-  
dere est. Cum vero istæ res ad agriculturam mere spe-  
ciant, haud immerito etiam medium eas servandi custo-  
diendique, pignorationem puto, ut favor agriculturæ pot-  
est considerari. Capiuntur vero in pignoratione, equi,  
boves, carrus, aratrum, ligones, bipalia & alia instru-  
menta & mobilia. Cavendum vero, ne res pignoratae  
enormiter excedant pretium damni dati; sic non integer  
grex, sed quædam tantum pecudes sunt pignorandæ. MEV.  
p. 1. dec. 34. n. 17. Facile mihi esset plura addere, sed hoc  
modo integer Harprechti tractatus de hac materia esset  
exscribendus, vel etiam FELTMANNVS de inclusione ani-  
malium. Plura quoque videri possunt in LEISER. jur.  
Georgic. lib. 1. c. 11. & FLORINI economo prudent. & legali  
lib. 3. c. 3. §. 3. MEVIO de arrest. c. 8.

\* Sic in Germania bona immobilia, quæ illo tempo-

10

quo exdem familiis serventur. Ex his vero rebus speciatim eminent *casa* & *villa* rusticorum; haec in omnibus turbis adeo sunt *secure* \*\*, ut *pax Dei* olim eas comprehendenderet. Non vero minus dampnum rebus rusticorum imminent à deportatione fluminum, quam ab invasione *hostium*, veteribus diffi-

re plurimum in agnis, hortis &c. confistebant, sine heredum consensu *alienare* nefas putabatur. *Spec. Sax. libr. t. art. 52.* & his consentientibus alienatio tamen non indistincte concedebatur, sed quando adhuc tantæ supererant vires ut *nobilis* equo insidere, & *ruficulus* agellum arare posset: *ein Bauer mag's vergeben, als er einen Umgang verpflegens mag.* *Gloss. ad cit. art.* Idem egerunt ferme *Lubecenfum* jura, his bonorum hereditariorum alienatio itidem prohibita *libr. 1. tit. 20. art. 6.* Sub his vero tantum immobilia intelligi probat *M.E.V. part. 6. dec. 238.*

\*\* Harum *casarum* securitatem veteres *LL.* etiam atque etiam commendarunt, lassionemque earum satis prohibuerunt. Quid *LL. Longobardorum* fanciverint *ex libr. 1. sit. 18. ap. GOLDAST. tom. 4. p. 26.* videre est: *Si quis pro injuria sua vindicanda super quemcumque hominem manu armata, aut cum exercitu ad IV. homines IN VICVM INTRAVERIT, ille pro illicita presumtione moriatur, aut componat solid. D CCCC, medium Regi, & medium ei, quod injuriam passus est, & illi, qui cum ipso fuerunt, si liberi sunt, unusquisque componat solid. LXXX, medium Regi, & medium ei, qui injuriam passus est. Imo pax Dei ad domus & vicos rusti-*

diffidationum temporibus ; ut igitur & illud avertatur , statutum est , ut aggères à possidentibus prædiorum vicinorum sub amissionis poena \*\*\* reparentur , negligentesque coércentur . Eodem fervore coércentur illi , qui horticultoram † , non plantan-

rusticorum extendebantur , adeo ut ullum in illis violare nefas haberetur . Spec. Sax. libr. 2. art. 66. Cui verbotenus consentit Specul. Svecicum cap. 194. Hinc etiam non licet eas domus incendere , vel pro hujus redemtione contributiones exigere , five pacis five belli temporibus , vid. Conflit. Frideric. III. de anno 1442.

\*\*\* In hoc duo Specula Germaniæ exacte consentunt , ideo ex speculo Svevico , ad dicta corroboranda , verba quædam adduxisse sufficiet , hoc vero cap. 403. ita : *Wellich Dærffer bey dem Wæffer ligen , unt die ein Fürschlacht , oder einen Graben soltem machen , daß in das Wæffer icht Schaden thu , des sollent helffen alle Dærffer , mit alle die Leut , zu den man sich versicht , daß in das Wæffer geschaden mög , ob es usgat . Unt wer das nit thut , den soll der Land- Richter darzu næthen : unt wer darüber nit hilft , dem soll man vor dem Land- Richter syn Gut verteilen , daß er bewaren sole vor dem Wæffer , das soll sich der Richter unterwinden , und soll davon buven , als vil das Gutt angebürt .*

† Est autem locus circumseptus five in urbibus , five in villis rurique , in quo arbores & herbæ plantantur vel oriuntur . Et hujus cultura adeo necessaria , ut sine ea agricultura vix perfecta esse posit . Hinc non imme-  
rito

plantando arbores, negligunt, quæ ipsis tamen à superioribus graviter fuit injuncta. Post hos de-  
mum veniunt vineæ, †† his ne noceatur umbra,  
intra certum spatium in iis ædificare prohibitum;  
neque tignum, licet furtivum, vitibus junctum  
vindicari potest.

F. §. XIII.

rito prudentes Principes sub certa poena subditos cogunt,  
ut arbores frugiferas plantent, hortosque colant, quale in  
Electoratu Brandenburgensi, Saxonico, & in Germania  
passim obtinet. In ducau Würtenberg. ut quilibet sub-  
ditus noviter receptus *arborem frugiferam* planet, statu-  
tum est. *Vid. SPEIDEL. voc. Garten.* Laudabilis quoque  
est Ordin. *Saxo-Gothana p. 2. c. 3. tit. 25.* und da einer oder  
mehr in demselben Jahr nichts gepflanzt, oder gepropfet  
batte, da er es doch der Gelegenheit seiner Güter halber wohl  
zu thun gehabt, derselbigen soll ein jeder, so manches Jahres  
geschicht, einen Gulden zur Straffe geben. In hortorum quo-  
que favorem sanctum est, ut, si spimentum est commune,  
alter alterum possit cogere sub pena ad illius refectionem;  
vel si alter vicinorum solus impensis in refectionem  
fecit, ut portionem vicini repetere possit; si que in-  
terea temporis damnum alter passus fuit ex incurionibus  
animalium vel hominum, ut negligens ad damni restitu-  
tionem teneatur. *LEISER. Jur. Georg. lib. 3. cap. 7. n. 30. 31.*

†† Hoc jam *LL. XII. tab.* introductum erat; quod  
postea à reliquis Romanarum Legum-latoribus confir-  
matum

§. XIII. Multum præterea his rebus quibusdam in locis concessum videtur eo, quod peculiare habeant *judicium* \*, quod appellatur *das Feld-Gericht*,

matum. *l. i. pr. ff. de tign. junct. vid. plur. LEISER. l. 3. cap. 8. n. 10. n. 11. & 12.*

\* In omni Germania olim talia peculiaria judicia his rebus fuisse constituta, satis est vero simile. Vocabantur *Feld-Gerichte*, *Dorf-Gerichte*, in Silesia *Dreyding*, *Ding* enim notat *judicium* & *vocabulum drey* ideo fuit adhibitum, quia ad illud constituendum tres requirebantur persona; primo *advocatus provincialis*, qui in *judicio præsidebat*, dein *scultetus*, qui ab *advocato provinciali* *constituebatur*, & tandem *dominus villa*, in cuius pago *judicium exercebatur*, de hoc *judicio vid. SCHIFORDEGKER. lib. 3. tract. jur. 23. qu. 2. ap. LEISER. jur. Georg. lib. 3. c. 5. n. 18. SPEIDEL. spec. jurid. doc. Dreyding.* Ex his dictis jam videre est, quod horum *judiciorum* procedendi modus ab hodiernis multum abeat; hoc ut siat clarissus, de *judicio paganico Corbejeni* quædam afferam. Hoc *judicium* ante Caroli M. tempora jamjam celebre, & à Ludovico Pio concessum fuisse dicitur monasterio Corbejeni, quod ab illo extrectum erat in loco, ubi pater ipius destruxerat Irmensulam. Constatbat id XVI. personis, ex quibus senior erat supremus Comes sive *judicii præses*, junior vero nuntius *oder Frohnbothe*. Querelam igitur suam rusticus, ratione agrorum, hortorum, competentem, deferebat ad *Præsidem* duobus adhuc *judicibus præsentibus*: hic sole adhuc splendescente & sub die

dio omnibus assessoribus & liberis hominibus sub veteri  
poena (1. 13. Wachs undg. werbergischer Pfennig) injungebat,  
ut proximo sabbathi die, tanquam die judiciali, in hac  
vel illa parte campi coram solio regali (Königs-Stuhl)  
comparerent. Erat autem der Königs-Stuhl locus qua-  
drangulus cespitosus in longitudine & latitudine 16. pedes  
complectens. Confituebatur autem his ceremoniis, ut  
fieret thronus regalis : cavernula in medio illius loci fo-  
diebatur, & singuli judices manipulum cineris, carbo-  
num, lapidumque in illam conficentes, scrobem rursus  
replebant terra. In hunc locum sella comitis semper  
debebatponi, atque adeo credebatur necessarius, ut  
omnes alibi pronunciatae sententiae essent invalida & nul-  
la. Sed rursus ad tramitem : veniente die sabbathi om-  
nes judices & liberi ad senioris Comitis aedes confluebant,  
quibus hic se jungebat. Ibant in campum ad solium re-  
gium ; nemini tunc fas erat intrare in viridem & cespito-  
sum illum locum sub pena supra memorata, sed corona  
illum cingebant. Silentio imposito nuntius interrogabat  
Præsidem, num sellam, quam ex illius ædibus ipse appor-  
taverat, in locum illum deponere posset, hoc annuente,  
ille illam locabat, judice ad ius dicendum exhortato. Per-  
tica etiam XVI. pedum in solium regale posita, omnes  
XVI. judices ad illius rectitudinem stabant ibidem. Post-  
ea nuntius petebat licentiam mensurandi solium in latitu-  
dine & longitudine ; ac tunc si aliquid isti deerat, hoc qua-  
rebatur in vicinorum agris, inventusque aliquis, qui plus  
habebat,

DE VORONI ET IURE SCAVI  
sunt breviter decidenda, ne rustici sapientia cum

agri-

habebat, quam ipsi competenter, multabatur, & assessor quidem pena dupla. His peractis Comes in sella sua sedens omnibus permittebat rhythmis, (nam & antea omnia peragebantur rhythmicè) ut querelas suas ad ipsum perferrent. Tunc quilibet causam perorabat suam, assessores & judex illam decidebant secundum votorum pluralitatem, nullam neque contradictionem, neque appellationem ad ullum superius judicium admissuri. Probatorem vero, ut haberet sufficientem, actor curare debebat, alias enim incurrebat multam. *Vid. plur. DOEPPLER. theatr. panar. libr. 1. cap. 1. §. 209. RESOLD. thesaur. voc. Feld-Gericht p. 735.* Hac vero iudicia, mutato Germanice statu, etiam mutata fuerunt, & sensim in desuetudinem abierunt, ita utiliorum quadam tantum adhuc subsistunt vestigia. Sic in Bavaria quidem superest *das Dorf-Gericht*, quod de rebus minoribus ad agriculturam pertinentibus judicat, sed multam supra 72 nummos irrogare haud valet teste Wiguleio HUNDIO im Beirischen Stammbuch part. 1. fol. 401. ap. DOEPLER. cit. loc. §. 197. sqq. SPEIDEL. voce *Dorf-Gericht*. In terris Brunsvicensibus celebratur adhuc *das Land-Gericht*, cuius processus est summarius & a commissariis nomine Principis tractatur. Nota etiam sunt die Erb-Meyer-Güther in Saxonia inferiori & Westphalia, quæ etiam peculiare habent judicium, peculiaremque processum, ita ut appellatio a sententia in hoc iudicio lata ad nullum superius judicium permittatur, *vid. Stephan. HAHN. trac. vom Erb-Meyer-Recht.*

agriculturæ impedimento diu de litis eventu esse  
debeant solliciti.

§. XIV. Plurimæ vero lites oriuntur ob li-  
mites \* turbatos, hinc est judicium, ut eos non

F 3 minus

*Rechts. cap. 17. n. 42. seqq.* ubi integer procedendi modus.  
Francofurthi ad Moenum etiam adhuc reperitur das *Acker-Gericht*, vid. *Reformat. Francfurt. part. 9. tit. 3.* In aliis  
locis hæc judicia plane evanuere. Quædam tamen ipsos  
rusticos judicare posse statuunt JCti, cum homines suæ  
communitatis multare eis sit permissum in tribus solidis,  
aut etiam in una vel altera amphora cerevisæ. *Spec. Sax.*  
*ibr. 3. art. 6.4. wetet man um 6. Pf. die werden den Büren zu-*  
*vertrincken gegeben.* *COLER. process. execut. p. 2. c. i. n. 12.*  
*LEISER. d. I. n. 38.* Calsus fere tales sunt 1.) quando ru-  
sticus ad negotii alicujus communis deliberationem vo-  
catur, & non comparet ; 2.) quando per plurima suffra-  
gia decretum fuit, pecunia ad necessarias impensis esse  
colligendam, unusque in persolvendo debito suo est ne-  
gligens ; 3.) quando animalia alterius segeti damnum in-  
tulerunt ; 4.) quando per aliena arva vehiculum ducit,  
vel arbores cædit &c. vid. *KOEPPER. dec. 40. n. 7.*

\* Varii sunt limites, prout nimirum consideran-  
tur agri. Horum consideratio est vel in universum, un-  
de *Wiechbild, Stadt- oder Dorf-Fluhren*, vel utsingulorum,  
unde *Privat-Grenzen, versteinigte Aecker &c.* Ex utris-  
que graves quandoque nascuntur lites ; hinc in *Ordin.*  
*Prov. Magdeburg. cap. 32.* & *Saxo-Gothana P. 3. C. 3. tit. 25.*

statu-

minus current, quam leges id exigunt, & ut in eos, qui limites evertunt, pœnam \*\* in finium favorem

statutum ut pagi fines suos bene distingvant adhibitis dominis jurisdictionis, juratisque agrimenforibus. De privatis re adhuc integra, SECKENDORF. in addit. des Teutsch. Fürsten-Staats p. 46. prudens suggestit consilium, quomodo ejusmodi lites praecaveri possint, sc. ut nomen cùjusque fundi, in qua campi parte jaceat, quos proximos vicinos habeat; quot jugerum sit, &c. in librum referatur, & certo tempore renovetur. Huc etiam facit limitum tam publicorum quam privatrorum inspectio & visitatio, cuius requisita vid. ap. LEISER. Jur. Georg. libr. 3. cap. 6. n. 29. Plures limitum distinctiones in Land-Gerichts-Jagd. Grantzen, vide apud eos, qui ex professo de limitibus scripsierunt, ut sunt; OETTINGER, HIERON. de MONTE, IVL. FRONTINVS, & FRITSCHIUS &c.

\*\* Non noviter gravis in eos statuta est pœna, qui limites evertunt, neque necesse est, ut ad LL. Romanas recurramus, sed nostras Germanicas tantum perscrutabimur. Apud Gothos tertia bonorum parte vel plane capite plecebatur is, qui doloso limites obscuraverat vel turbaverat: qui effodiunt, inquit Theodoricus Gothorum Rex, terminos, vel exarant limites, finem sc. designantes, aut arbores terminales evertunt, si servi sunt, aut coloni, & sine conscientia domini fecerint, puniantur. Si vero hoc imperante domino factum esse constiterit, idem dominus tertiam partem bonorum suorum perdat, sifci viribus profuturam: servu ipso aut colono nibilominus capite puniendo. Vid. edit. Theodorici

§. 104.

vorem statutam strenue exequantur. Ubi vero tales

S. 104. ap. GOLDAST. tom. 3. p. 26. Legibus Longobardorum in dominum multa pecuniaria, in servum vero itidem ultimum statuebatur supplicium, si vitam pecunia redimere non poterat, ita enim illæ: *Si quis liber homo terminum aliquem corruperit aut exterminaverit &c.* Et paulo post: *Si quis liber homo arborem, ubi THECLATVRA facta est, inter fines discernendos, inciderit, aut deleverit, sit culpabilis LXXX. solid. medium regi, & medium ei, in cuius fine fuit terminus vel arbor: Si quis vero servus alienus terminum antiquum ruperit, aut exterminaverit, mortis incurat periculum, aut solid. XL. redimatur.* LL. Longobard. tit. 27. apud GOLDAST. const. Imper. tom. 4. p. 39. Jure Saxonico & Svevico poena erat XXX. solid. oder es gienge ihm zu Haut und Haare, i. e. crines ipsi amputabantur vel evellebantur: Spec. Svevic. c. 217. Saxon. lib. 2. art. 28. Imo Saxones etiam poenam mortis delinquenti hujusmodi dictitarunt. Gloss. ad cit. art. 28. In Centenicis ordinationibus olim caput scienter terminorum motoris aratro desulcabatur: *Wo einer Marcksteine ausgräbet, dem soll man in die Erde graben bis an den Hals, und soll denn neben 4. Pferde, die das Ackern nicht gewohnet sind, und einen Pflug, der neu ist, und sollen die Pferde nicht mehr gezogen, und der Encke, i. e. agaso oder Treiber, nicht mehr geabren, und der Pflugbalter nicht mehr den Pflug gehalten haben, und ihm nach den Hals ehren, bis so lange er ihm den Hals abgeabren hat.* Vid. PHILIP. usc. pract. libr. 4. tit. 17. &c. log. 19. n. 13. SPEIDEL. doc. Marcksteine. DOEPLER. theatr. poen. part. 2. cap. 13. Hodie, qui

termi-

tales limites non sunt, nihilominus providere debent, delinquentes multando, ne alter alteri agrum desulcet \*\*\*. Species finium est etiam *sepes* †, hujus idem favor est ac limitum reliquorum,  
§. XV.

terminum, lapidem, fossas, arbores, vel quicquid distinguendorum dominorum causa fit, mutavit, effudit, transposuit &c. is pro atrocitate criminis, præcipue, si tale quid in terminos publicos commissum, & pro circumstantiarum ratione, vel capitali supplicio, vel mitius plechi potest. *Ord. Crimin. art. 114.*

\*\*\* In illum, qui arando vicini agrum occupat, jure Romano pena dupli est statuta, quia non solum id restituere, tenetur, quod demit, sed tantundem de proprio. *I. 4. C. fin. regundor.* Jure Germanico solum tribus solidis talis puniri potest, & agrum alteri restituere tenetur. *Spec. Sax. lib. 3. art. 86.* Si vero ager judicialiter alteri est adjudicatus & tamen alter sibi agrum afferere conatur, tunc pena est amputatio manus: *Mit Ackern mag niemand etwas verwürcken, es sey denn also, daß das Land vor Gericht behebt sey, und er das weißt, und der Richter synen boten daruf bab geben, und inen Fried darauf geboten bab, SO VERLEVRET ER DIE HANT.* Idem fere habet *Speculum Saxon.* *lib. 3. art. 20.*

† Cum sepes sit species limitum privatorum, eadem etiam pene jure antiquo obtinuisse videtur pena. *Jure Longobardico* pena erat levior sc. VI. solid. *LL. Longobard. tit. 20. & 26.* Gravior paululum statuta est à Faramundo

§. XV. *Sepes vero non ponitur frustra, verum ne à quo cunque horti vineæque invadi desolari que possint, vel potius ut arbores, harum fructus, atque gramina fœnumve custodiantur.* Facile igitur quilibet cogitare poterit, quod non impune sit latus, qui in contrarium tale quid audet. *Hortos, agros, vineas enim qui invadit & desolatur \*, ita puniatur, ut in posterum alii deterre-*

G antur:

mando I. Francorum Rege hoc modo: *Si quis propter inimicitiam aut superbiam sepe alienam aperuerit, & testibus fuerit convictus, ei, cuius labor est, estimacionem reddat, & insuper ICC. denar. qui faciunt solid. XXX. culp. jud.* Et paulo post: *Si quis tres virgas, cum quibus sepes superligata est, vel retortas, quibus sepes continetur, capulaverit, aut tres contortas exercitarii DC. denar. qui faciunt sol. XV. culp. jud.* vid. LL. Faramundi apud GOLDAST. tom. 3. p. 2. Jure Saxonico nil peculiare de lepe statutum invenio, quia forsitan eadem, qua alias terminorum motor, tenetur poena. Hodie idem statuitur in talem delinquentem, quod supra infligebatur terminos dolose moventi. *Ord. Crim. cit. art.*

\* Sive homo five brutum terras desolaverit, tam id coeretur. Sic Luitprandus Rex Longobardorum permisit, ut ex porcis in prato alterius fossas facientibus, unus impune occidatur. *LL. Longobard. tit. 24.* Si homo damnum intulerat, aestimabatur, & triplum ejusdem solvere, & bannum dominicum componere, servus vero,

antur: arbores \*\* qui lædit cingendo, degl  
brando,

vero, loco banni, fustibus se subjicere cogebatur. *LL. Longobard. tit. 15.* Majore rigore Fridericus II. Imp. hos judicare præcepit, quo in casu simili delinquendi materia ceteris interdicatur; rescribit enim, ut, si masculus aliquis cujuscunq; conditionis vel atatis in tali fragrantia deprehendatur maleficio, judici sit addicendus, neque sine Principis rescripto liberandus; serva vel alterius conditionis mulier publice fustibus subjiciatur. *Vid. Rescript. ap. GOLDAST. const. Imp. tom. II. pag. 56.*

\*\* Utin hac materia paululum accuratius procedamus, varii separandi sunt casus, *an* seil. quis ligna cesa abstulerit, *an* vero arbores stantes ceciderit, & *an* iste arbores fuerint frugiferae. Primo casu Saxo & Svevus dicitat, si furtum fuerit nocturnum, *dass man über ihn mit der WYD richten solle*, i. e. deberi suspendi; si vero furtum fuerit diuturnum, *da solles ihm zu Haut und Haar geben*, *Spec. Sax. l. 2. art. 28. Svecic. cap. 205.* Ordinatio criminalis cap. 168. illum, qui ligna secta furto auferit, furtum revera commississe, illiusque pena digniti esse dicit. Secundo casu, quando quis ligna ipsa cecidit, vel perdidit, cinxit, deglabravit, evulsi &c. pro varietate populorum & temporum varia fuerunt sancta. Leges Gothorum damnum in quadruplum estimarunt, quod forsitan est assumentum ex jure Romano. *Vid. editio Theodoric. Gotbor. Reg. apud GOLDAST. tom. 3. p. 30.* Jur. Svecico III. solidos *cap. 217.* Saxonico XXX. solidos solvere debebat, lib. 2. art. 28. & insuper estimationem arborum castrorum, ac judici supremam

brando, cædendo, vel plane furto auferendo, pro circumstantiarum ratione fustibus cædi adjecta relegatione perpetua, vel capite pœsti potest.

G 2

§. XVI.

mam mulctam das höchste Gewette sc. 60. solid. s P E I D E L.  
voce Beaume pag. 103. ibique allegati. Quod & in Electorat.  
Saxon. per constit. 37. p. ii. renovatum, sed adhibita di-  
stinctione, ut illi, qui lucri causa arbores cædunt, pœna  
furti ordinaria teneantur. Carolus V. in Conf. Crim. cap.  
168. nil novi sancivit, sed, ut delinquentes ex moribus cu-  
jusque regionis & loci puniantur, præcepit. Hoc in jam  
memorata constitutione notatu dignum, quod gravius  
censeatur delictum, si quis cædenda materia tempus an-  
nuum vel menstruum non obseruavit. Tandem de ter-  
tio casu, si quis perdidit arbores frugiferas, est dispicien-  
dum. Jure Longobard. pro qualibet castanea, vite, nu-  
ce, piro, malo III. solid. erant laſo solvendi, vid. LL. Lon-  
gobard. tit. 20. Francico erant XV. solid. excep. cap. &  
dilat. vid. LL. Faramund. I. tit. 8. Saxonico arbores fru-  
giferæ præ reliquis nil habent præcipui. Specul. Sax. libr. 2.  
art. 28. nisi quod vidua dotalitium suum, frugiferas arbo-  
res cædens, amittat, modo arbores ad dotalitium spe-  
ciant. Ibid. art. 21, libr. 1. Sed Sveicum jus majorem ha-  
rum arborum habuit curam: siquidem hoc jure fructus  
eiuslibet arboris casæ per 12. annos computantur & asti-  
mantur, quorum dein pretium solvere, aliamque arbo-  
rem frugiferam plantare debet; si vero arbor recens con-  
sita exarescit vel nullos proferi fructus, rursus aliam ar-  
borem serere illum oportet. Spec. Sveic. cap. 220. In E-  
lecto-

§. XVI. Maxima arborum compendia ex ipsarum colliguntur *fructibus*; ne igitur his ablatis, dominum spes totius anni fructretur, hujusmodi fures \* poena furti ordinaria afficiuntur, ita ut & ultimum supplicium dictari possit, in primis si furtum fuerit nocturnum. Idem & de gramine\*\* fano<sup>e</sup> pronunciandum. §. XVII.

lectoratu Brunsicensi si quis quocunque modo arbori dolose damnum intulit XX. thaleros solvat, qui denunciati præmii loco sunt concedendi. *Vid. Sereniss. Elect. Conſit. d. 1. Maj anno 1695. vom Baum-Plantagen: & reperitio ejusd. Conſt. d. 7. April 1696.*

Iure Mosaico fruges de alterius arboribus vitiibusque decerpere & ad satietatem usque aliquis comedere poterat. *Deuter. 23. v. 24.* Cui proxime accedit Jus Longobard. *tit. 28.* quod concedit licentiam decerpenter tres uvas de vite aliena; si quis vero supra tres abstulerat, VI. solid. componere debebat. Jure Francico, si quis hortum alienum ad furandum tantummodo ingressus fuerat, XVI. solid. culpabilis judicabatur. *Vid. LL. Faramund. tit. 29.* Ordinat. Crim. art. 167. decernitur, ut quis pro ejusmodi furto, pro persona conditione & rei qualitate, civiliter secundum locorum consuetudinem & statutum puniatur; si vero quis noctu poma decerpserit aliena, poena ordinaria vel etiam ultimo supplicio ut plecatur. *Vom Feld-Diebstahl und dessen Bestrafung vide plura apud BERLICH. tom. 5. concl. 53.*

\*\* Hic velim distingvas, an quis gramen alienum secuerit

§. XVII. In hos quidem fructus non adeo multum impendunt laboris, cum sua sponte à benigna natura proveniant; ubi vero plus operæ impertinent, v. c. in agro colendo, eo plura etiam

G. 3 habent

secuerit ipse & dein abstulerit, an vero gramina defalcata, sive scenum furto amoverit? Priori casu Faramundus ita fancivit in LL. suis tit. 29. *Siquis partum alienum secaverit, laborem suum perdat, & insuper DC. den. qui faciunt solid. XV. culp. jud.* Et si inde fanum ad domum suam in carro duxerit, & discargaverit IDCCC. den. qui faciunt sol. XIV. culp. jud. exc. cap. & dicitur si vero tantum tulerit, quantum in dorso suo portare potueris CXX. den. qui faciunt sol. XV. culp. jud. exc. c. & dilat. Idem prohibuit Carolus M. in capitul. de a. 778. ap. BALVZ. Saxonibus & Svevis hoc vetitum erat sub poena III. solidorum. Spec. Saxon. lib. 2. art. 28. Svecic. cap. 217. Constitutione Crimin. pena furti ordinaria obtinet. Posteriori casu si quis gramen defalcatum furatus est, eidem eadem manet poena ac ligna cæla auferenti, de quavid. supr. & Spec. Sax. & Svecic. cit. loc. Weicbbild. part. 1. cap. 1. dist. 26. Hodie indistincte talis fur poena furti plectitur, etiam si diurno tempore ex alienis agris & campis gramina sint amota. Const. Crim. art. 167. ibique Remus, BERLICH. part. V. concl. 53. n. 9. seq. ANDLER. Corp. constit. Imper. tom. 2. part. 2. p. 652. Qui pasca sive prata inficit veneno, nullumque subfecutum fuit damnum, fustigatur perpetuo que relegatur; si vero venenatio attulit aliquid damni, venenator igne cremandus. Conf. Elect. August. part. IV. conf. 18.

\*Hoc

habent privilegia, siquidem sancitum ut 1.) ut merces \* pro fundo bene curando in creditorum concursu ad primam referatur classem ; 2.) ut impenſa, \*\* ob agrorum culturam facta, habeantur pro necessariis ; 3.) ut mercenaris rusticis merces promerita cotidie solvatur \*\*\*, licet operas ad longum locaverint tempus. Ac ne justo defraudentur agricultoræ laborum præmio, prohibitum est, fruges in agro & aristis adhuc extantes † emere.

\* Hoc quod ita obtineat, & statim post eos, qui res suas adhuc extantes ex jure dominii vindicant, merces pro colendo agro in concursu veniat, testatur CARPZ. p. 1. consl. 28. def. 37. MARTIN. in comm. process. tit. 42. §. 4. n. 23. 24. ubi pluribus hanc confortat sententiam.

\*\* Vid. Fritsch. tom. 1. consl. 52. n. 7. SPEIDEL. continuat. voce : Acker. pag. 10.

\*\*\* Alias nemo cogitur alteri mercedem solvere, nisi integro labore finito : ast excipi, dicunt DD., rusticos, quibus merces quotidie est solvenda. arg. l. 2. C. de locat. & arg. l. 12. §. fin. ff. mandati,

† Jure Justiniane valide & licite quis segetem separatim vendere potest l. 78. §. 3. de contrab. empt. Sed ab hoc plane recedit jus patrium, non solum modernum, sed jam antiquitus hoc ita fuit statutum, ne vili pecunia incuto miseroque agricultoræ callidis avidisque dardanariis auferatur annona, unde se alit, lucrumque sibi comparat.

Sic

re. In omni tandem Germania olim, hodie in locis, ubi Saxonicum viget jus, fruges †† cedunt pro cultura & cura seminanti vel ejus here-dibus.

§. XVIII.

Sic in LL. Longobard. lib. 2. tit. 21. talis frugum venditio sicut prohibita: & Carolus M. aliquoties repetit, quod nemo propter pecunia cupiditatem, aut propter avaritiam suam prius det pretium, aut futuram conventionem de his frugibus sibi preparat. Vid. GOLDAST. tom. 3. p. 142. const. imper. Idem hoc egit in synodo Neomag. 40. 807. his verbis: *quicunque tempore messis, vel tempore vin-demia, non necessitate, sed propter cupiditatem comparat ar-zonam aut vinum, verbi gratia, de duobus denariis modium unum, & servatur dum iterum venundare possit contra dena-rios quatuor aut sex seu amplius, hoc turpe lucrum dicimus &c.* Vid. capitulare hoc ap. GOLDAST. tom. 3. p. 151. const. imper. Hoc in sequentibus temporibus semper ita fuit practica-  
cum, & per Recess. Imper. de 40. 1548. & 1577. rursum reno-vatum, novumque pondus additum. His accesserunt etiam variae Ordinat. provincial. v. c. Bavaria tit. 13. S. 3. rubr. von Beschlagung der Früchte auf den Halmen. Wür-tembergica tit. 6. & noviss. generale rescriptum d. 5. Decembr. 1692. Badensis part. 5. tit. 3. p. 98. Vinariens. tit. 46. Mag-deburgensis cap. 50. & Ducatus Bremensis von Wucherl. Con-tracten, Cellensis cap. 4. ubi etiam latus explicatur, quid sub voce *frugum* in aristis extantum intelligatur, gramen sc. in pratibus, lana in ovibus, limum, cera &c.

†† Secundum pariemiam: qui serit, metit, vel:  
*was die Egde bestrichen, und die Hacke bedecket, das folget dem Erbe.*

§. XVIII. Sed omnis agri præparatio, omnisque hujusmodi labor est inutilis, nisi etiam a-

gris

*Erbe.* Et versantur haec non solum in omnium ore, sed fundantur etiam in *Spec. Sax. l. 2. art. 58. Svevico. c. 222.* Rationem desideras, quare *jus patrium* alter pronunciet ac *jus Romanum?* in promptu est: *Romani* unice ad *solum*, veluti partem principalem spectabant, & tunc applicabant illorum tritissimam regulam, quod accessorum sequatur suum principale. *Germani* vero, agricultura reique pecuaria maxime dediti, respiciebant ad *culturam*, habebantque illius rationem potiorem, quam soli, quo magis magisque homines ad agros bene curandos excitarerunt, si fructus laborum suorum non ad extraneum aliquem pervenirent, sed vel ad ipsos vel ad eorum heredes. Cumque itaque Germani ad *culturam agrorum* attenderint, facile est, ut concludamus, hoc non debere extendi ad fructus naturales, v. c. gramen, poma &c. neque ad fructus quotidianos v. c. habitationem ædium, venationem &c. cum hic ratio esset. Hartm. PISTOR. libr. 1. qu. 24. n. 84. CARPZ. p. 3. const. 32. def. 9. Sequuntur ergo fructus agrorum & hortorum tantum labore, modo accesserit occupatio, nam *des Mannes Saat*, die er mit seinem Pfleg würcket, die ist verdienet, als die Egde darüber gebet, und *des Garten*, als es gesebet, und gebacket ist. *Spec. Sax. libr. 2. art. 58.* In vineis idem procedit, si pastino fuerint subactæ, licet ultima cura die Rubr nondum sit exhibita; cumque ea opera circa diem Urbani seu 25. Maji (cujus diei in cit. art. 58. firmentio) fieri soleat, instar fixi termi-

ni

gris inspargatur *semen*. Hoc ut inopes agricultoræ  
eo facilius ab aliis obtinere possint, illi, qui alteri  
frumentum dant ad serendum, in concursu ha-

H                           bent

ni ille habetur, ita, ut, elapsio eo, vinearum redditus perti-  
neant ad heredes. H. PISTOR. d.l.n.93. Et hoc verum  
est tam in bonis allodialibus quam feudalibus. *Spec. Sax.*  
*libr. 3. art. 158. lib. 2. art. 76.* non solum in usufructu, quan-  
do, agro confito, fructuarius moritur, ut fructus ad here-  
des ejus pertineant; sed & in omni jure ei simili. Sic  
fructus dotalitii ad uxoris heredes spectant. Jac. THO-  
MING. dec. 3. n.3. it. fructus feudi in agris stantes ad mor-  
tui vasalli hæredes allodiales perveniunt, non ad succe-  
sores feudales. *Lebu-R. cap. 6. ibique gloss.* Ex eodem prin-  
cipio fluit, quod hujusmodi fructus reputentur inter res  
mobiles, uxoreque mortua quod maritus eos, ut heres  
mobiliaris, lucretur. FINCKELTHAUS, *obseruat.* 54.  
fluit etiam exinde, quod, si fundi possessio eum excolue-  
rit & conseverit, postmodum vero ille evincatur, fructus  
nihilominus laborem sequantur, & hic victori censem  
tantummodo præstare cogatur. *Spec. Sax. I. 2. art. 46.* Hæc  
dicta secundum allatam paroemiam olim in universa cre-  
do valuisse Germania; de Saxonico jure certum est, cum  
expressis verbis habeatur *I. 2. art. 58.* sed de Svevico ali-  
quis dubitare posset, illud tamen etiam per *c. 222.* afferere  
non erubesco. Hæc vero duo jura fere omnes olim sub-  
se comprehendebant Germanicæ populos. Hodie cum  
Jurisprudentia nostra per introductum jus Justinianum  
fit

bent *jus pralationis* \*; immo si frumentum ad agrum seminandum comparatur, nullum de eo solvitur *vectigal* \*\*. Semine sparso latet procrescunt segetes, quæ à LL. sancte custodiuntur, statuentes graves peñas in eos, qui eas quocunque modo laedunt \*\*\*. Fiunt tandem maturæ, & hinc

fit multoties mutata & adaucta, laboris hujus præmium simile quid etiam est per pessum, ita ut plorimis in provinciis exulat, & Saxonice ferme includatur.

\* Quod *jus Pralationis* ei competat, qui alteri frumentum ad serendum dat mutuo, auctoritate sua probant CARPZ. lib. 4. resp. 77. n. 21. & part. 1. consl. 28. def. 38. MARTINI in comment. ar. forens. tit. 42. §. 4. n. 23. 24. ubi etiam allegat Ordinat. Saxo-Gothan. part. 1. c. 18. §. 17. FLORINUS in econom. prudent. & legal. libr. 3. c. 11. ubi Ordinat. Bavariae vom Gant Process. tit. 2. art. ii.

\*\* Frumentum ad sationem destinatum à datiis & impostis immune esse, afflirit MÆVIUS part. 7. dec. 121. THOMAS. dissert. de jure circa frument. cap. 4. n. 53.

\*\*\* Damnum segeti variis modis potest inferri vel ab animalibus depascentibus illam, vel ab hominibus ipsis. Si animalia legeri nocent, tunc damnum ab illo-rum domino est resarcendum, & pena insuper est solvenda; jure Francie XV. solid. Vid. EL. Paracand. I. ap. GOLDAST. Saxonico pena erattatum III. solidorum, Spec. Sax. l. 2. art. 40. & 47. Svevico damnum duplicato estimatum restituebatur, adiecta III. solid. pena cap. 22. Spec.

hincseriæ judiciales sunt introductæ, † quo eo  
H 2 melius

*Spec. Svev.* Imo poterant animalia pignorari, vel si capi nequirent, canibus impune à lafo dilacerari & interfici.  
*Spec. Sax. libr. 2. art. 40.* Cui respondet constitutio præfecturæ Peilsteinenf. ap. GEISEN. im Teutschen Corp. Jur. lib. 4. c. 30. §. 10. *Wer Gansse in seinem Schaden findet, der mag sie tödt schlagen, die Zaunstecken aufspalten, die Hälfe darin flecken, und die Schnabel heraus kehren.* Ne vero protervia ipsorum hominum, segetes lādentium, sit impunis, va- riis penis coeretur præter reparationem damni. Jure Gothorum damnum quadruplo erat restituendum, vid. edit. Theodoris. ap. GOLDAST. tom. 3. p. 40. Longobardorum LL. tit. 15. injungebant restituere triplum damni dati, & liberum hominem banno dominico, servum vero disciplinæ corporali subjiciebant. Edicta Francorum coercebant eum, qui carrum per alienam messem, postquam in culmum erigitur, sine via traxerat, multa XV. solidorum. GOLDAST. tom. 3. constit. imper. de LL. Faramundi I. tit. 36. Jure Saxonico & Svevico damnum erat reparandum & nummum pro qualibet rota curri, cum hoc per alienum agrum transiens, dare cogebatur. *Spec. Sax. I. 2. art. 27. Svev. cap. 216.* Quod hodie maxime credit ad arbitrium judicis, qui damnum assimilat, & poenam aliquam dicitat. Si denique quis segetem vel frumentum furto plane auferit, tunc idem est pronunciandum, quod supra diximus de furto graminis defalcati, vid. cit. LL. ita ut id repetere, superfluum foret.

† Hoc tempore maximus sane est agriculturarum la-  
bor,

melius à rusticis, judiciorum strepitu minus impeditis, in horrea reportari possint.

§. XIX. Sed ager nec preparari, nec semen subigi potest sine instrumentis, quae igitur etiam suis non destituuntur juribus. Omni enim fruun-

bor, ideoque eo minus impediendi, neque ad alia onera trahendi, vid. resolut. gravam. Elect. Joh. Georg. I. de anno 1603. & 1609. Wenn dann unsere Meinung nicht ist, dielinterbanen mit unertregl. Diensten, und zwar zu solcher Zeit, da sie mit den iibrigen selbst zu schaffen haben, zu beschweren &c. so wollen wir, daß das Holzschlagen jedesmal zeitlich die Leute in der Heu-Ernährung oder im Schnitte zu ihnen bekommen, angestellt werde. Hoc iam regnante Domitiano Roma bene fuit per pensum vid. Statius Papinius lib. IV. sylvar. cum feris judicialibus tempus meffis annumeraretur. Competunt hæ feriæ agricolis primario, reliquis tantum secundario, quare & Brunnemannus in processu illas unice ad rusticos voluit restringere. Quam diu vero durent, videre est ex gloss. ad art. 10. lib. 2. Spec. Sax. die Tage enden sich nach jegliches Landes Weise und Weblung. Hinc inspiciendæ sunt ordinationes processu. In Camera feriæ durant ab 8. Jul. die usque ad 14. August. Vid. Ordin. Camer. d. ao. 1555. tit. 15. part. 2. In ducatu Magdeburgico à die Margaretha usque ad diem Bartholomai. Vid. Ord. prov. Magdeb. In ducatu Saxo-Vinariensi à die Jacobi, qui est 25. Jul. usque ad diem Bartholomai. Vid. WILDVOGEL. intr. de Chronoscop. legal. differt. V. c. 3. §. 2. sqq.

\* Hac

fruuntur securitate; olim pax Dei \* ad ea pertinebat, præcipue a *aratum*, hinc qui minimum de eo furabatur, ultimo afficiebatur suppicio \*\*.

H 3 Neque

\* Hæc securitas Jure Germanico satis fundatur, ut non opus sit ad antiqui juris Romani recurrere fontes. Fridericus II. Imperator in *autb. agricultores C. que res pignor. oblyg. possunt* jamjam prohibet, ne quis tam audax sit, ut agrorum instrumenta, aut quid aliud, quod ad agrorum operam rusticam pertinet, invadere, capere, aut violenter auferre præsumat, nisi ablatum in quadruplum restituere, infamia notam incurtere & animadversione imperiali puniri velit. Latius etiam his rebus prospectum fuit eo, quod pax Dei ad ea extenderetur, *text. juris German. buc spectantes vid. supra sect. I. §. 3.*

\*\* Præ reliquis instrumentis rusticis eminet *aratum*, cuiusitdem insignis favor in LL. German. ratione securitatis & pacis Dei. Ubique, ubi pacis Dei sit mention, aratum verbis expressis inseritur, & de illo aliquid auferre idem est, ac tempora spoliare. *Vid. Spec. Sax. l. 2. art. 15. Svecic. cap. 115. §. 3.* membraque illius, qui MINIMUM de aratro abstulerat, rota confringebantur, *cit. text.* Vulgo quidem JCti aliter statuant, ac si tunc de minimis pena rotæ dictata fuisset, quando equi & boves aratorii fuissent abacti. *Vid. HEIG. p. 2. qn. 3. n. 2. COLEB. part. i. dec. 148. n. 2. DOEPLER. in theatr. panarum, & fundant se in eo, quod Elector Sax. Augustus p. IV. const. 35.* Ita interpretetur verus jus Saxonum. Verum illogum senten-

Neque possunt talia instrumenta in executio-

ne

sententia repugnat, quod Specul. Saxon. indeterminate locutum fuerit, neque illis temporibus pretium furti hoc in casu fuerit determinatum; imo jus Svecicum aperte contrariatur. cap. us. §. 4. die den Pfleg berauben, so er des Morgens von dem Haus fehrt uf den Acker, und so erwieder heymfahrt, und den Gebauern, und ir Gesinde ichb ihus, oder nimmet Das DRETER PFENNING werib ift, man sol in Radtbrechen. Neque juvantur dict. consit. August. Elect. nam compilatores illarum constitutionum Juris Romani peritissimi, jus patrium non satis inspexerunt, regulamque tenebant tenaciter, quod inter poenam & furtivam rem debeat esse proportio; ac secundum hanc regulam vetus Jus Saxonicum interpretati fuerunt. Hinc nostra opinio firmo adhuc stat talo, minimum de aratro auferentis crura debere rota confringi secundum illa iura. Hodie talem furem suspendio puniri posse pro circumstantiarum ratione, scribunt BERLICH. p. 5. conclus. 59. n. 6. 14. 16. CARPZ. prax. criminal. p. 2. qu. 88. n. 47. FLORIN. in acon. prudent. & legal. lib. 3. c. 4. Secundum jus Sax. Elect. respicitur, an quis prima, an vero iteratis vicibus tale fursum commiserit, priori casu multa pecunia, carcer, vel relegatio temporalis dictari potest; posteriori casu, si quis non supra V. Ungaricos furatus, flogginge & perpetua relegatione punitur, si vero supra & equi sorte simul fuerunt abacti, poena gladii, vel etiam quandoque rotæ, obtinet. Vid. Const. Elect. part. IV. conslit. 35.

\*\*\* In

me \*\*\* capi, titi & oppignorationibus sunt exem-  
ta; si denique ad agros colendos emuntur, à vecti-  
galibus † persolvendis sunt immunia.

## §.XX.

\*\*\* In hoc quidem omnes J.Cti consentiunt, quod  
non statim executio in instrumenta rustica fieri debeat.  
PECK. de arreſt. c.5. n. 22. BERLICH. p. 14 contl. 8. n. 41. 42.  
MARTINI tit. 51. §. 8. n. 25. ibique allegati. Si vero queri-  
tur, an in subsidium, deficiētibus aliis bonis, in execu-  
tione capi possunt, tunc multi etiam hoc affirmant, ut CO-  
LER. process. p. 2. c.3. n. 189. & CARPOV. process. tit. 25.  
num. 14. MEVIUS de arreſt. cap. 19. n. 53. &c. Quia vero  
Omni desitutuntur legis fundamento, & h. 7. 8. & autb. a-  
griculatores C. que respignor. generaliter loquantur, quod in  
hec instrumenta executio fieri nequeat, mihi contraria  
arridet opinio, vid. LYNCKER. analect. ad STRUV. S. J.  
C. lib. 42. tb. 18. ubi etiam allegat BERLICH. I. concil. 20e  
nisi per Ordinat. provincial. aliud sit statutum, ut factum  
per Ordinat. curiae provincie Zellenf. part. 3. tit. 2. §. 3. Ord.  
Brunsv. Luneb. Hanov. de ao. 1663. tit. 36. §. 8. Guelserby-  
tam. de ao. 1651. art. 76. Saxonic. Elector. Saxo-Goth. part. 10  
c. 17. §. 5. Ord. cur. prov. Jen. c. 35. §. 5. Ord. Magd. c. 46. §. 8.  
Ord. Megap. Gustrov. part. 2. tit. 39. §. 1. Ord. jud. summi  
Regal. Wismar. part. 3. tit. 2. §. 1. Reformat. Francos. p. 1.  
tit. 45. §. 11. apud MART. in commentar. process. tit. 39. §. 5. n. 27. seqq. Idein pronuncies velim de oppignoratione.  
STRUV. Syntagm. Jur. civil. exerc. 26. theſ. 18.

† Hoc probant KLOCK. de jur. vectigal. theſ. 61. lit. b.  
SIXTIN. deregat. lib. 92. c. 6. n. 127. RYLAND. de commissar.

b. 40

§. XX. Plurimorum vero rusticorum instrumentorum usus esset vel plane nullus, vel admodum exiguis, nisi adhiberentur *jumenta*. Quo autem eo melius rusticus his uti posset, securitati horum jumentorum itidem propiciendum; quod & factum, cum pax Dei \* ea etiam comprehendat; cum oppignorationibus & executionibus \*\* sint exempta, cumque invito agriculta ad aliud quam agriculturæ obsequium non sint trahenda \*\*\*.

§. XXI.

p. 4. c. 5. n. 76. EINSIEDEL. de regal. c. 3. n. 41. SPEIDEL. contin. voce, Acker. ANDLER. in corp. Recess. Imp. tom. 2. p. 2. pag. 1819. FLORIN. in econom. prudent. & legal. libr. 3. cap. 2.

\* Vid. c. 10. X. de treuga & pace; ibi: innovamus, ut rustic euntes vel redeuntes, vel in agricultura existentes, & ANIMALIA, QVIBVS ARANT, & semina portant ad agrum, congrua securitate letentur. It. Ordinat. pac. quia quen- nal. de ao. 1398. auch soll niemand den Pflug mit synen Pferden, und andern Viehe, wenig oder viel, &c. daben, angreifen, oder sie beschädigen, in deheyne Wyse. Vid. GOLDASTI. in Reichs-Handlungen.

\*\* Repete hic ea, quæ diximus §. preced. de instrumentis rusticis, & adhuc annota, quod tale quid jam LL. Longobardorum obtineat, hæc enim sit. 21. c. 6. & 8. prohibent, ne quis caballos domitos, aut boves, aut vaccas jugo domitos pignoret SINE JUSSIONE REGIS.

\*\*\* Vid. l. 1. & 2. C. ne rusticus, adul. obseq. & SPEI- DEL.

§. XXI. Cum igitur leges tanta tamque speciosa concedant privilegia, merito etiam laborent rustici, ut se iisdem dignos per diligentiam suam exhibeant, atque per hoc communem salutem promoveant. Si qui vero desidiae nihilominus litantes agros negligunt, illorum graviter coeretur pigritia \*.

I

§. XXII.

DEL. voce Acker, & Constantinus M. sanxit, ne boves a-ratori etiam deficientibus iis, qui cursui publico sunt destinati, ab iis, qui iter faciunt, abstrahantur. I. I. C. The-od. de curs. publ. quod & ad vecturam bellicorum impedi-mentorum & tormentorum produci posse, asserit LEI-SER. Jur. Georg. lib. 2. c. 13. n. 2. Sed praxis ubique hic clama-t contrarium.

\* Alias ex natura dominii fluit, LLque Romanis & que ac aliis congruum est, quod quis re sua uti, abuti ad ipsius placitum, vel plane eam perdere & negligere pos-sit; ast in agricultura res secus se habet. Apud Romanos enim si quis agrum suum passus fuerat sordescere, ne-que illius habuerat curam, tunc censorium meruisse ju-dicium, ex Gellio & Pliaio probat LEISER. in jur. Georg. I. I. c. 27. n. 32. & cap. 46. n. 1. seqq. Romanis etiam in hac re non cedunt Germani; siquidem Ludovicus pius con-stituit, ut illi, qui agros dominicatos excolere negligunt, ne nonas exinde persolvant, poenæ loco ipsam nonam de tribus annis cum sua lege persolvat. Vid. Ludovici Pii ca-pitular. d. ao. 823. §. 12. & ao. 832. ap. GOLDAST. const. im-

per.

§. XXII. Diligentes contra non solum securius jam recensitis fruuntur privilegiis, sed & si arva, à desidiosis neglecta, per bierinum colunt, ea sibi

per. tom. 3. p. 253. & 267. Idem ferme sed adhuc generalius sanctum est posteriore anno à Sigismundo Imp. in reformat. sua, quæ hujus tenoris: item ein Paumann soll seinen Acker bauen, ein Rebmann seinen Weingarten &c. Wer es überschreitet, ist es auf den Lande, so nimmt ein Zwing-Herr die Pfütz on Genad. Vid. Reformat. Sigismund. apud GOLDAST. in Reichs- Handlungen. Hinc non est dubitandum, quod magistratus etiamnum hodie rusticos, rerum suarum negligentes, ad agros melius excolendos cogere possit. Hoc multo magis de iis provinciis dicendam, ubi præincipes hoc dentio exegerunt, uti in Palatinatu superiori & duca-tu Wurtembergico: ibi magistratibus injungitur, ut quosdam homines eligant ac constituant, qui in Palatinatu denominantur die Feld-Schauer, oder Peltz-Meister, in Wurtemberg. die Feld-Stützler: hi debent jurare, se vel-le diligenter inquirere, num agri & vineæ illius districtus, cui præficiuntur, bene excolantur, num agricultoræ oppor-tuno tempore arva sua præparent, conserant, vel annon plane illa negligant; quo casu socordem pro circum-stantia ignavia punire, neminique parcere debent; sed potius cogunt negligentem pauperem, ut agros suos me-diocri pretio alii locet. Vid. Ord. provinc. Badari. tit. 15. §. 3. ap. FLORIC. in econ. prud. lib. 3. c. 2. & Ordin. Wurtem-berg. tit. 47. & BESOLD. ad eandem.

\* Vid.

ea sibi acquirunt \*. Et sicuti, si per eorum diligentiam creverunt frumenta, illa non possunt\*\*

I 2 arre-

\* Vid. l. 8. C. de omni agr. deserte. ubi clare habetur, quod ille, qui per biennium agrum, ab altero neglectum vel desertum, coluit, illum suum faciat, nisi dominus intra illud biennium eum repeatat, tunc vero omnes impensis restituere tenetur. LEISER. jur. Georg. lib. 1. cap. 46. Et hoc adhuc hodie liberum est, cum semper pro observationia juris, & contra legis mutationem presumatur. MEVIVS P. II. dec. 162. KLOCK. de arar. lib. 2. cap. 1. EYBEN. in oper. p. 73. b. O BRECHT. im Politischen Bedencken. tit. II. n. 28. seqq. Insuper ejusmodi occupatores agrorum desertorum aliquot annos omnibus oneribus & præstationibus sunt immunes, v. c. in Electorat. Saxon. & Brandenb. 6. annos. Vid. Recess. provincial. March. Brandenburg. de ao. 1693. §. 41. Vid. plur. STRYK. dissertat. de agris desertis.

\*\* Ne fruges sc. per tempestates vel per mures vel per fures ledantur, id executionis genus, quo domino frugum eas ex agro devchere non licet, piis magistratis displicet. Vid. Fritsch. dissert. de jure messis; & hoc ita etiam constitutum est in ducatu Magdeburgico ao. 1688. Als ermahnen wir Kraft dieses mennigl. seiner Schuldforderung halber nicht bis auf die letzte Stunde der Erndzeit, sondern in Zeiten gehirigen Orths zu klagen, und die Hülfe zu suchen. Wir verbieten auch die Bekreuzigung in unserem Herzogtumb Magdeburg und der Graffschafft Mansfeld, Magdeburg. Hobent gentzl. Vid. plur. WILDVOGEL. in croscop. legal. dissert. 5. cap. 3.

\*\*\* Prin-

arrestari in agris ; ita & venatio, \*\*\* iis in agro adhuc stantibus, est suspendenda, vel si exercetur, & segetes fuerunt prostratae, damnum illis est resarcendum. *vid.* Ac licet tandem ab aulæ proceribus plerumque despiciantur, sufficit tamen, quod à legibus ipsis defendantur, cum ex omnia de iis presumant

\*\*\* Principes, quibus salus subditorum curæ cordique est, quando messis ante Bartholomai diem penitus absolvit nequit, etiam adhuc venationes leporum &c. ad tempus debent suspendere, ne stantibus in agro fructibus damnum inferatur. *Vid. FRITSCH. de jur. messis. Dn. WILDGEL. cit. loc. §. 32.* vel si in venatione segetes fuerunt prostratae, vel alias damnum à feris datum, illud est à domino hujus regalis resarcendum. *Vid. GAIL. lib. 2. obs. 68. n. 10. ibique allegatos : LUDWELL. Exerc. IV. thes. 5. lit. C. Spec. nostrum Jurispr. p. 94.*

\*\*\*\* Romani cum virum bonum laudabant, eum bonum agricolam, bonumque colonum appellabant. Neque Imperatoribus Romanis, gentium dominitoribus, opprobrium erat, manibus triumphalibus colere agros ; eadem diligentia metiebantur arva, qua castra, & eadem cura exercebant ligones, qua gladios. *Vid. LEISER. Jur. Georg libr. 1. cap. 1.* Hinc forte est, quod pro rusticis militet præsumtio bonitatis apud Romanos. *arg. l. 7. §. 4. ff. de Jurisdict. quod à Germanis receptum, cum hi rei agrariae & pecuniarie valde etiam essent dediti. Vid. ANDLER. tom. 2. part. 2. p. 221. SPEIDEL. voce : Bauren p. 114.*

† Hoc

*sumant bona \*\*\*\*, eos à tutela † oneribus exi-  
mant, mitigationemque †† pœna superaddant.*

CAPVT II.

D E

PRIVILEGIIS AGRICVLTV-  
RAE NOBILIS.

**C**Um nobilitas \* apud diversas gentes \*\* di-  
verse \*\*\* fuerit aestimata, merito dubita-

I 3

tum

† Hoc refertur à Manzio aliisque per l. 6. §. ult. de  
excusat. tutor. inter agriculturae privilegia; sed hoc non  
potest indistincte procedere: aquum enim est, utilli, qui  
habent hereditatis commodum, ferant etiam onus tute-  
la: accedit, quod, hoc privilegio universaliter valente,  
pupillis rusticis nunquam possint dari tutores, quod ta-  
men abs nonum. Imo in cui. l. 6. extat vocula: INTER-  
DVM, quid vero opus fuisset hanc adjicere, si omnibus  
rusticis daretur se excusandi licentia. Circumstantiae igit-  
tur sunt attendenda, in primis, num rusticus sit diligens in  
agris colendis; propter industriam laudabiliter exhibi-  
tam rusticus & agrimensores justam se excusandi à tutela  
habent causam, l. 26. ff. de excusat. tutor. Vid. THOMAS.  
*dissert. de jure circa frument. cap. V. n. 64. seqq.*

†† De hac materia jani supra latius egimus *Sect. II.*

§. 7.

70  
tum \*\*\*\*, an liceat definitionem excogitare, quæ  
ad

S. 7. nil igitur amplius addimus, quam ut & hic Judex diligentiā rusticī delinquentiā inspiciat, cum & hæc causa esse possit, cur mitigatio poenæ sit quandoque indulgenda.

\* De verbo sive titulo nobilitatis arduo labore multa ex usu curia veteris & recentioris conquisivit. EYBEN. *dissert. de titul. nobil.* Præcipuum existimo, quod hæc compellatio Principibus, Comitibus & omnibus proceribus fuerit communis, & aliquatenus etiamnum habetur. *Vid. EYBEN. p. 828.*

\*\* Non nego, quod hic multæ ineptæ cumulen tur de variarum gentium nobilibus. Hujus census sunt, quæ de Judæorum, Ammonitarum, Edomitarum, Turcarum coacervavit SPANGENB. L. VI. im Adels-Spiegel, imo quam male Persarum, Ægyptiorum & Græcorum instituta cum nostris ordinibus equestribus misceantur docet PAL THEN. *de nobil. civil.*

\*\*\* Unde Romani nobilitatem censuerint, egrégie describit PUFENDORF. J. N. G. L. VIII. t. 4. §. 28. & ante eum REINER. REINEC. *von des Adels Herkommen.* p. 118. 132. qui simul aliorum mores exponit. Constituit p. 108. quatuor summa nobilitatis genera, virtutis, officiorum, generis & beneficii superioris. Quæ magis ferri possunt, quam distinctio OSORII *de nobilit. Christ.* L. III. quod sit vel theologica vel philosophica nobilitas. Vel genitie, mentis, physica, metaphysica, uti est ap. PHARETR. cap. 9. *de nobil.*

\*\*\*\* Unde BODINVS *de republ. libr. 3. c. 8. n. 350.*  
nun-

DE PRIVILEGIIS AGRICULTVRAE NOBILIS. 71  
ad omnis reipubl. nobilitatem quadret genuina  
ratione †.

§. II. Nobis in præsentia curæ cordique  
est, non generatim \* & in universum de nobili-  
tate philosophari, sed ad Germanicam \*\*, oculi

nunquam potest una popularis omnibus conveniens no-  
bilitatis definitio effiri. Idem tenet TIRAQVELL. de  
nobilit. pr. & qui eum allegat GOTHO FRED. ANTON. de  
feud. p. 46.

† Nam definitio, quam HENR. AGKIPPA cap. 80<sup>a</sup>  
de vanit. scientiar. effingit, quod nobilitas sit robusta impro-  
bitas & scelere quæstus dignitas, scuticam meretur, non pro-  
lixius examen. Non aliter ac illa, quæ siccum describit etiam  
nobilitatem subditorum.

\* Non quasi existimaremus, quod ab aliis v. C.  
NOLDENIO, TYPOTIO, OSORIO, de CURTILI,  
MALLEOLO, GARCIA, HUMFREDO, dela ROCQVE,  
MATTHÆI, TIRAQVELLO, FRIZIO, PHARETRA-  
TO & aliis scriptoribus, nobilitatis celebrioribus aut ob-  
scurioribus hoc argumentum fit fatis excussum; verum,  
ne oblitus agriculturæ parum inepte ad alia evagari videa-  
mur. Alias enim constat, nobilitatis eminentiam perti-  
nere ad famam non simplicem, sed intensivam in civitate.  
Quam obscura autem fit adhuc de fama doctrina, discere  
possimus à viro summo CHRISTIANO THOMASIO in  
dissert. de existim.

\*\* Praiverunt quidem hic aliquatenus MAVRITI-  
US &

Ium adiicere, quæ secundam classem hominum, agros colentium, constituit.

§. III. Ut vero ordinem servemus, redigimus dicenda ad hos articulos : de nobilium in Germania origine, de nova ratione nobilitandi, de nobilium divisione, de privilegiis prædiorum nobilium, de feudis oblatis, de castris & jure venandi, de privilegiis nobilium in ecclesiasticis, de privilegiis in militaribus, de privilegiis in comitiis provinciæ libus, judiciis, de nobilium tutela.

§. IV. Nobiles in Germania fuerunt, quamdiu fuit ipsa Germania \*, uti ex lectione Cæsaris \*\*, Taciti \*\*\*, & aliorum patet. Hinc frustra insu-

mere-

vs & B. H E B T I V S ille in differt. de nobilitate, precipue Germanie de feudo nobili, rem ita tamen exponemus, ne incidamus in vitium, Germanis à Monzambano impactum, quasi apud eos alios exscriptisse novus liber habeatur.

\* Nobiles sunt quasi aborigines, ab antiquissimis Germanis, harum regionum incolis, orti, inquit REINHARD. de GEMMING. in lit. ad BESSOLD. v Reichs-Stadt.

\*\* Quamvis hic magis de vicinis Gallis loquatur, vid. l. 6. c. 10. de B. G. De Cæsar's navis corsa quæ ex Afinio Pollione, Afinio Quadrato, & Strabone notat CLUVER. L. I. Germ. antiqu. c. III.

\*\*\* Mischuisse Tacitum mores Romanorum cum Germanicis, & multa tradidisse de statu politico patriæ nostræ

meretur opera, si quis certum annum, quo nobilitas cœpisset, indagare \*\*\*\* & definire veller.

§. V. Nobilitas Germanorum in prædiis fundata\* non adeo inepte dicitur, si recta accedit interpretatio \*\*.

## K

## §. VI.

nostriæ parum coherentia, observat PALTEN. §. 31. de nobilitat.

\*\*\*\* Illud quidem opera pretium esset, si quis sub singulis Germaniæ Imperatoribus distinctius inquireret, quid circa nobilitatem accidisset. Ceterum aperte incipiunt, qui ab officiis, Principibus & Prælatis exhibitis, nobilium originem deducunt. vid. STUMPF. in Chron. Helv. L. IV. c. 20. cum tamen his omnibus sint antiquiores. Similis error est illorum, qui cum feudis cœpisse nobilium ordinem existimant. Debetur hoc commentum CVIAC. 20. F. 50. Ast satis illud explost REINH. de GEMMINGEN.

\* Noscitur proverbium: *nobilis est ille, quem nobilitat sua villa.* Unde SANDIVS pr. de feud. Geldr. dicit: *nobilitas Geldrie est militaris, feudalnis,* (de qua infra) *bereditaria, patrimonialis frustra disputatur de eruditione, virtute, de officiis &c.* Eadem asserunt de Britannia ARGENTR. ad consuet. Britann. art. 56. gloss. 1. de Burgundia CHASSAN. II. 19. 1. 27. de Gallia Molin. ad consuet. Parif. X. 3. 3. de Germania vero, quos allegat BE SOLD. p. 428. thesaur.

\*\* Sc. assertio non ita capienda est, quasi nobilitas sit glebae pretium, ut hujus possessio homini non nobili conferat nobilitatem, ut forte putarunt autores adducti.

Nec

§. VI. Isthaec autem prædia fuerunt *rufistica*\*,

non

Nec ita, quasi olim suissent primitus Principes, dein autem ex horum beneficiis & dationibus in feudum ccepissent fieri ignobiles, ut quidem *CVIACIVS ad 2. F. 50.* qui ignobiles omnes esse putat, qui non investiti sunt de beneficiis. Verum sanus nostri principii sensus est, quod possessio prædii ruralis liberi, secundum analogiam juris Germanici, sit præclarum nobilitatis indicium, & quod, animadverente *PALTENIO d. l.* optima nobilitatem conservandi ratio visa sit, prædia veluti libera in hunc usum separare.

\* Si conjecturis locus est, dicendum, amorem libertatis, venationem & latrociniorum, sedes ruri nobilibus commendasse. De primo dubitate non sinit oratio *Teneterorum ad Ubios. l. 4. bish. ap.* Tacit. ut amicitia, di- eunt, societasque nostra in eternum rate sint, postulamus a vo- bis, muros colonia, munimenta servituis detrabi: etiam ser- animalia, si clausa teneas, virtutis obliviscuntur &c. \* Ve- nandi studium, Cæsare auctore, nostris tribuitur *lib. 6. de B. G. vita omnis in venationibus atque in studiis rei militaris consistit, a parvulis duritie & laboribus student.* Quæ licet alibi in dubium *Tacit. c. 15. de mor. Germ.* vocare videatur, quasi bella non ineuntes Germani, non multum venati- bus, plus per otium transfigant, dediti somno ciboque. Nihilominus tradita Cæsaris longe melius euni reliqua de- scriptione Germanorum coharent, quam Taciti, qui nec ipse contradictionem in seqq. difficitur. Quousque ex- cursiones & latrocinia amaverint, jam verba Cæsaris do-

cuc-

non urbana & muris \*\* circumdata, quod cum  
ex LL. Henrici \*\*\* & aliorum Imperatorum, tum

K 2 ex

cuerunt, parallela habent TACIT. c. 14. Hac autem è  
diametro obsunt vita urbanæ & mercatoriz. vid. supra.

\*\* Nota sunt scommata hodienum, quod cives  
dicantur: *Eingemaute Bauren &c.* Nec forte à sola no-  
bilitate inferiore hæc proferuntur, sed & plane antistites  
sacri his argutis delectantur; ita enim Archi-Episc. Co-  
lon. Dux Bavar. Maxim. Henr. in litteris ad Cæsarem: *Al-  
lergnedigster lieber Herr, und Herr Vetter. Nur verdreußt  
mich, daß auf (Colonenses cives putat) die eingemaute  
Bauren mehr consideration<sup>1</sup>, als auf einen treuen Chur-Fürſten  
&c.* Uti autem fieri solet, ut provocatus se ulciscatur,  
sic à civibus vicissim nobiles appellati sunt: *sammete Bau-  
ren.* Quod dipterum celeberrimus Dn. BVRGMEI-  
STER p. 341. explicat non de nobilibus antiquis, sed, *von  
Innhabern der Ritter-Gütber, oder von denen, so sich für das  
Geld adeln lassen.* Alter EYBEN. elect. fental. c. 8. inf. Hic  
enim putat, istam locutionem, nil contumeliosi conti-  
nere, cum à SAND. c. 1. n. 21. c. 3. num. 12. It. SIGBERT.  
GEMBLAC. latine reddatur: *agrarii milites.* Ast inspe-  
ctio Sandii & Sigberti docebit, quod ibi nil habeatur, de  
hoc Germanico dipterio.

\*\*\* Sapientissimus hic Rex merito Germaniorum  
Theseus appellatur. Vid. CONRING. de urb. Germ. p. 83.  
& pressius adhuc WITTEKIND. CORBEIENS. ap. MEI-  
BOM. p. 636. *quanta prudentia vigilaverit, inquit, in mun-  
enda patria & in expugnando barbaras nationes,* supra no-  
stram

ex historia omnis ævi, etiam ante Henricum †,  
abunde probatur.

§. VII. Meretur in primis annotari intro-  
ductio \* basiliudiorum sive torneamentarum Hen-  
rici,

*fram est virutem edicere.* Præcipuum institutum, quod  
hujus loci, est, quod hic M. Rex curatus definierit habi-  
tationem nobilium in agri, sanciendo, ut non ad torne-  
amenta admittatur, qui mercatura iu urbibus, & re cau-  
ponaria vita tucatur. Unde proverbium: *Ein Edel-  
mann mag vormittage zu Acker geben, und nachmittage in  
Turnier reiten.* CRVS annal. Svecic. L. II. c. 13. Prospic-  
ciebat sic prudentissimus legislator urbium splendori &  
agricultura conservationi. Vita cultior & magis secura  
ad urbes homines, laudes fortitudinis & alia prærogativæ  
ad agros invitabant. Laudem quoque meretur industria  
politica Henrici, quod sine sumptibus & sine onere reipubl.  
nobilium militantium officia titulorum & honorum emi-  
nentis pensaret. Vid. MONTAGNE L. VII. chr. 7. effais,  
ubi plura de hoc arcano politico.

† Loca Cæsaris & Taciti jam occupavimus.

\* De origine torneamentorum varie disputatur. Mul-  
ti ea faciunt non admodum antiqua; sic BRVNNEVS  
in annal. Bojor. tom. 3. ea adscribit Lothario II. qui Nori-  
bergæ anno 1127. torneamenta habuisse dicitur. Du Fres-  
ne eadem tribuit Godofredo de Bouillon, vid. plur.  
PRAVN. in Adel. Europa. p. 708. Quidam Henricum Au-  
cuperi inventorem jactant, v. c. PONTANVS in histot.  
Geldr.

nici, quæ non tantum insignem eminentiam agricultricis \*\* militibus sive nobilibus conciliavit, sed & solidissimum fulcimentum conservationis \*\*\* prosapia nobilis per plura secula fuit.

K 3

§. VII.

Geldr. CUSPINIANVS in vita Henrici &c. Verum hi omnines minus recte sentire videntur. Nithardus enim scriptor coœvus scribit, quod filii Ludovici Pii post distinctionem, reconciliatione inter eos facta, tale torneamentum adornaverint Wormatia. Interim Henrico I. debetur horum ludorum introductio in Germaniam magnam: antea enim non legimus ibi suisse habita, neque Wormatia situs movere nos potest: cum Wormatia e tempore ad Galliam spectaret. Vid. Witichind. l. i. annal. qui dicit de Henrico: *in exercitiis quoque ludi tanta eminentia superabat omnes, ut terrorem ceteris ostentaret: & alibi: Henricus militem habebat equestri proelio probatum.*

\*\* Nobiles enim in urbibus habitantes, ibidem que sese ad onera communia adstringentes, contra dignitatem nativam egisse visi sunt, hinc ab exercitiis hastis excludebantur. Ita enim in lege Heidelbergensi, vid. STRUV. differt. de ludiis equestribus. c. 6. §. 8. statutum: *Es soll keiner, der in Stetten gebürgert ist, zum Thurnier gelassen werden, er habe denn zuvor seiner Bürgerschaft abgesaget.*

\*\*\* Pura enim servabatur prosapia nobilium per torneamenta, nam à matrimonio cum ignobilibus deterrebantur per exclusionem ab honore torneandi. Opus enim erat, ut nobilis ad torneamenta admitti cupiens,

pro-

---

 §. VIII. Cum vero conjugia \* promiscua  
 sepa-

probaret, se suosque majores ex nobili sanguine esse natos. Probabatur vero vel per testes, vel per juramenta, vel per litteras post torneamenta datas, uti in Tygurino Gvelfico extat: *darnach ließ sich ein jeder, der getburnieret hat, einschreiben, und nahm seinen Thurnier-Brief.* Sed quot majores requirebantur? Variarunt in hac re: ex primo instituto videntur sufficisse quatuor. *Vid. GOLDAST. in polit. Imper. part. XV.* In Dresdeni articulo sedecim fuerunt requisiti. *Vid. STRVVI DIsser. de lud. equestris, ubi & plura alia habentur.*

\* Magna olim dignitas uxorum in Germania, planearit ex Tacito *de M. G.* constat in gravissimis negotiis in consilium adhibebantur, & huic sexui aliquid sancti inesse credebatur. Unde sub regibus Francis, ceu ex HINCMARO probatur, administratio rerum Cameralium ipfis credebatur. Imo sub Saxonibus in diplomatis pene multis habetur, quod in donationibus regiis mentio fiat reginae & ejus consensu. *Vid. diplom. ap. SCHATTEN. in annal. Paderborn, sub Saxon. Otto I. in donatione Adelheidæ conjugi facta, consortem regnorum appellat Adelheidam suam. TOELNER. C. D. p. 19.* Neque in alienationibus tantum ita observatum, sed etiam in acquisitionibus. Sane Leo cum Ottoni M. redderet bona ecclesiastica, addidit: *Diese's alles geben und ordnen wir dir Keyser Ottoni und Adelheid deiner Haus-Frauen, &c. vid. GOLDAST. R. S. tom. 2, p. 4.* De Comitibus exemplum Comitum de Müntzenberg. *Habes in deduct. ord. Cisterc. monaster.*

separationi ordinum nimium quantum obsint \*\*,  
fuit & hic nobilitati prospectum & constitu-  
tum \*\*\* , ne nobilis alii, quam nobili, matri-  
monio jungeretur.

§. IX.

monaster. Arnsb, de comite Girardo & ejus uxore Adela,  
vide sistabulas donationum *apud MIRAEVM in donat. Bel-*  
*gic. c. 23. p. 50.* Dodico Comes sub Henrico II. ao. 1021.  
plane matris consensum adjecit. *vid. S C H A T . ad ann. 1021.*  
Inter nobiles consimilia obtinuisse deprehendet, qui fun-  
dationes monasteriorum excutiet, hujus loci est formula  
*apud TOELNER. p. 92. Ich Francke von Kronenberg erkenne*  
*für mich und meine Ehlige Huß-Fraue und alle meine Erben,*  
*Sohne und Tochter &c.*

\*\* Quod nec Romanus latuit s. t. C. de marit. Ord.  
Nam per maternum genus certius longe propagatur no-  
bilitas, quam per paternum. Quare P V FENDORF. J.  
N. G. observat, alicubi in regnis filium sororis regis suc-  
cessisse.

\*\*\* Leguntur in hunc sensum plures LL. In LL.  
Salicis L. I. tit. 14. §. ii. habetur : *Si quis in genus ancillam sibi*  
*junxerit alienam, addicetur in servitute uero Legem Sax. addu-*  
*cit Adamus Brem. locum dabimus paulo post. vid. plura*  
*ap. P R A V N . in Adel. Europa, p. 24. SCHILTER. in parag.*  
*p. 3. §. 3.* In chronicis haec observavi : *Ingenuus ingenuum*  
*ducit, quod nobilibus semper licet.* Monach. Herveld. *apud*  
*SCHARD. p. 711. Comes Frid. Sax. anno 1142. non inferioris*  
*nobilitatis gradus dominam sibi junxit, ait Cbr. Montis serenii*  
*p. 207. Otto, frater Guilielmi Marchionis, matrimonio*  
*impari*

impari natus, apud Bohemos exulari jussus est. Herveld. p. 702, ibid. Omnia clarissime Adamus Bremenis p. 192. quatuor differentias gens illa constitit (Saxonica sc.) nobilium, liberorum, atque servorum. Et id LL. firmatum, ut nulla pars in copulandis conjugis conjugis propria sorteis terminos transferat, sed nobilis nobilem ducat uxorem, & liber liberam &c. Si vero quispiam horum sibi non congruentem & genere prestans rem duxerit uxorem, cum vita sua damno componat. Inde forte est, quod SPANGENB. p. 114. b. scribat, apud Holstatos conjugium nobilis cum non nobili capitale fuisse. Successu temporis autem ordines misceri coepunt, rationes politicas habet perillustris THOMAS. prudent. judicior. cap. 7. Sic ao. 1485. Bambergæ à nobilibus constitutum, dass nemlich obige Gesetze und Gewohnheit von Verberatung mit gemeinen Handwercks-Leuten &c zu verstecken; hingegen soll man keinen von Adel verargen, sondern ihn und seine Kinder reiten lassen, iedoch dass man sie SCHLAGEN möge, wenn derselbe eines ehrbabren Bürgers unverlouindete Tochter, wenn selbige ihm wenigstens 4000. fl. zubrachte, beyrathen würde. Vja. BVRGMEISTER l. c. p. 132. Seculo præcedente ao. 1601. in eundem finem deliberatum, & plane de concluso, rescripto imperatorio muniendo, cogitatum, licet sine effectu. Rex Borussiae ao. 1697. referente B. STRYKIO ad tit. derit. N. § 7. sanxit, ut successione feudi careant nobiles, die Bauren- oder geringen Standes-Tochter beyrathen. A qua lege exemerunt Halenses in Resp. ap. Eund. filiam bibliopagi, quorum interpretationi favet, quod nobiles Franconia, ceu vidimus, permittant matrimonium mit eines Ehrbabren Bürgers-Tochter, quamvis iidem VERBERASSENT ejusmodi generum bibliopagicum.

\* Loca

§. IX. *Dignitas nobilium militaris est \*,*  
*L* *quod*

\* Loca Taciti & Cæsaris jam adduximus. Idem docemur. LL. Francicis. Milites nobiles appellat Carolus M. ap. GOLDASTVM *Conf. Imp. Tom. III. p. 120.* Ad militiam ire jubentur ingenii in variis capit. quæ recitat LEHMANN. p. 115. Eadem repetierunt Reges Saxones in suis legibus, sub his nobilis & agrarius miles synonymice usurpantur. vid. Sigbert. Regin. Wittichind. Idem institutum militare nobiliuri ieb Svevis durasse, testis est GVNTHER. LIGVR. L. II. v. 43. seqq. Plane ap. Ursperg. lex Friderici I. in hunc sensum extat: *Nerusticorum & clericorum filii adsumantur ad militiam.* Unde, ceu observat SPANGENB. p. 40., dicuntur nobiles olim *Degen, Degen,* vel à virtute bellica, *dæf sie*, ut hodie dicimus, *taugen, gelten*, ut ipsi visum, vel à gladio, ut EVBENTVS dicit. nobil. p. 598. 599. contendit. Cui derivationi lucem affundit ARNOLD. LVBECCENS. L. VII cap. 9. qui gladii signum in vestibus nobiles gesisse annotat. Non autem constabat exercitus meritis nobilibus, sed etiam aliis hominibus. Ex quo distinctio est inter EQVITES five nobiles & EQVITANTES five gregarios milites. Quod fatis demonstrat Fulcherius Carnotensis bīf. Hierof. c. 31. *Milites, inquiens, erant quingentis, exceptis, qui militari nomine non censebantur, ramen EQVITANTES.* Propius hujus loci est distinctio, in RR. I. observata, inter *Reisige Knechte, und edele Knechte.* vid. DAT T. p. 787. 788. Plura peti possunt ex NICOLAO UPTON. de offic. milit. Qui alias passim laudatur HERMANNVS HYGO Jesuita, a me com-

quod antiquissimo Germaniae statui & moribus bellicosæ gentis nostræ debetur. Præcipue *equestris militia*, & equitis nomen ad nobiles jam diu pertinuerunt\*\*. Licet negari nequeat, hic interdum mutationem contigisse, ut nobiles ad studia & clericatum\*\*\* se applicuerint †.

## §. X.

commendari nequit, cum in libro suo de militia equestri oppido pauca habeat, quæ ad Germanici juris cognitio-nem faciunt.

\*\* Idem institutum in equestri delectu observarunt Romani à primis reipubl. initiis, testimonia Haly-carnass. Livii &c. recitat HVGO p. 38. seq. d. l. Apud nos hodienum *Adel* & *Ritterschaft* synonyma sunt. Seculo XIV. a. o. 1389. noscitur constitutio Wenceslai, quam exhibet LEHMANN. l. 7. c. 63. ubi p. 740. ita: *auch soll sich nie-mand reisig machen noch seyn, er sey denn zu dem Wspen ge-boren.*

\*\*\* Studia & clericatum merito jungo, nam clericatus commoda, & cleri technæ olim studia nobilium provocarunt. Antiquitus nobiles literas parum curæ habebant, non allegabo Tacitum & veteres in hanc rem, sit mihi instar omnium recentior quidem, sed veterum cogitata exacte referens, CASPAR LERCH A DVRR-STEIN, qui P. II. n. 24. f. 86. ad marginem scripsit: *Die Buch-Kunst fliebet die Blut-Tugend.* Invehitur ibi in Politicos togatos, daß sie ihre rubige actus, oder vermeinte indu-sriam oder Labores dem militarischen Schweife vorsetzen. Ne-que

que vero opus erat pristino aeo diffusa eruditione, nobilitas, quæ juri dicundo præerat à teneris, ex ipsarum rerum argumentis addiscebat juris patrii simplicissimi scientiam. Ut rem vetustam è nostris moribus estimare possimus, sint nobis exemplo hodierni milites gregarii, qui ex usu mox intelligunt sua jura militaria, quæ tamen sèpius plus capitum continent, quam LL. quondam Germania.

+ Extant quidem apud Joannem de Janua etiam milites JVSTITIÆ, sed ea propter dicta non sunt immutanda. Sc. artibus cleri, uti jam dictum, è nobilibus castrenibus orti sunt nobiles quasi castrenses. Finis omnium hominum tantummodo triplex est, honor, divitiae, delicia. Media licet homines ament diversissima, amant tamen omnes brevissima & minus tardiosa. Jam vero instituimus comparationem, militia proponit opes, honores, delicias. Clerus proponebat honores, opes, delicias; utraque propositio est ad gustum nobilium, ut-pote hominum. Hactenus itaque optime cum Marte Pallas conspirabat. Ast dispiciamus de mediis, Mars vulnera, cicatrices, mutilationes & truncationes membrorum, imo præsentissimam mortem, oculis exhibebat. Pallas clericalis libros mitissimos, lucubrationes quietissimas, vitam in extremum scenum productam non sine tropis & verborum figuris ostendebat. Stipes fuisset nobilitas, si Palladi dicam in universum scripsisset. Itaque recte notat LEHMANN. p. 153. quod multi nobiles, ad declinanda militia pericula & incommoda, vitam clericalem fuissent amplexi. Ne autem hæc gratis fingere videatur, adducit bina insignia capitularia, prius extat L. I.

cap. 120. de liberis hominibus, qui ad servitium Dei se tradere volunt, aut prius hoc non faciant, quam à nobis licentiam postulant: hoc ideo quia audivimus, aliquos ex illis non tam causa devotionis hoc fecisse, quam pro exercitu, seu alia regalifunctione vitanda. Alter locus est ap. ANSEGIS. L. 5. t. 29. c. 3. placuisse nobis, ut homines, qui non propter paupertatem, sed ob vitandam reipubl. utilitatem, ingeniose res suas ecclesia delegant &c. Eum vero licet è natura propensionum humanaarum immutatio vita nobilium aliqua ex parte deduci satis perspicue possit: non tamen negligi mierentur alia doctorum virorum observationes. CONRING. dissert. de urb. notat ita: isthac autem animorum mutatio fere cum abjecto demonum cultu cepit, ad lenissimi salvatoris exemplum mitigata nonnihil præsca feritate. Conflimilia tradit MONZAMBAN. cap. 3. §. 9. At vero, inquit, postea per religionem Christianam mitigati animi cultiorem vitam patientius ferre dicserunt. Itaque cum lege Francica d. I. tantum quibusdam nobilibus tribuendum est, quod non adeo bona mente militiam deseruerint. Plures vero vero similiter fuerunt, qui immutata in sacris & profanis rerum facie, cum nunc ex utroque Casarem fieri, & tam ex studiis pacis quam belli ad honores adspicere ingenuos viderent: ordini suo expedire crediderunt, ut nullam emergendi occasionem prætermitterent. Unde nova nobilium regula exorsa: Das Studien drückt kein Pferd, vid. SPEIDEL. verb. Adel. Accedebat prorsus necessitas bonis litteris dandi operam. In aulis, quas frequentabant, varia excriebantur munia, Cancelliariorum archicapellanorum &c. quæ sine eruditione obiri non poterant. Ipse Carol. M. ap. GOLDAST. Conf. Imp. Tom. I. p. 149. pro excitanda nobi-

§. X. Meruerunt hinc nobiles \* ut in  
L 3 bene-

nobilium diligentia Senatorum, Prætorum, patrum curiæ, Pontificum dignitate ostentat. Dein nobiles gererant munus judicium ab omni ævo, ast ex quo civilia & canonica jura in curiis allegabantur, sede sua & tribunali suo excusci fuissent nobiles, nisi jurisprudentiam excludissent. Unde dedecori & opprobrio ignorantiam sibi duxerunt; sane BALTHASARVS de GVLTLINGEN, Sveviæ eques, quarebat Tübingæ ex ignaro nobili: *Wile du allein ein Wiesen-Wafferer werden?* BVRGM. p. 301. Neque vero rara sunt exempla illorum, qui gradum capessiverunt doctura. vid. WAGENSEIL. de offic. Imp. p. 39. B. HERT. in progr. auspicali Dni. Waldneri de Freundstein, præcipue autem BVRGMEISTER. p. 121. seq.

\* Variae causæ ex analogia historiae Germ. adduci possunt, quare nobilibus in collegiis & dignitatibus sacris prima debeat. Nam initio tenendum, quod nobilitas jam olim fuerit sors omnis dignitatis. Quæde in accedebant Ducum, Comitum nomina, notabant nihil aliud quam nobilem cum suo officio. Hoc sensu capio, quod Suffridus Petrus annotavit orig. Frisic. L. 3. cap. 5. p. 314. ante Carolum M. inquiens, *nobiles omnes ejusdem generis.* Imo deinde nobilis titulum suum nobilem præmittebat dignitati ex officio adeptæ, majori etiam & qua hodie quantivis habetur. v. c. P. Herr zu Bucheg, Landgraff in Burgund; Ulrich von Liebenberg, des Heil. Reichs Diener, und Burggraff zu Reinfelden &c. vid. STYMPFIVM Chron. Helvet. L. IV. c. 30. Quid mirum itaque, cum prater digitatus

beneficiis ecclesiasticis præcipua sit illorum prærogativa,

ginitates seculares, nunc etiam ecclesiastica orientur, nobilibus & ad has viam aperiri. Porro nec illud prætereundum, quod his collegia canonicorum, monasteria, abbatia, prædia sua magnam partem ferant accepta, ut patet ex diplomatis ap. PISTOR. antiqu. Ful. tom. I. formulis donationum ap. GOLDAST. reb. Alem. & aliis; grati igitur animi officium exegit à clero, ut optimora beneficia ad nobiles redundarent. vid. TREISBACH. pag. 220. KLOCK. de contribut. f. 287. præcipue jus nobilium illustrant, quæ adducta sunt ab ordine equestris Monasterensi contra sic dictos Erbmanno, de quibus vid. FÄBER in der Staats-Canizelley. Tandem ex clero sumebantur præcipua officia aulica, ut Cancellarii, Archicancellarii, idcirco cavendum erat, ne in collegiis ecclesiasticis majoribus omnes indistincte adoptarentur. Potissimum ex quo capitulis jus eligendi Praefules concessum, (quod alicubi maturius v. c. Paderbornæ sub Carolo Crasso vid. SCHAT. annal. p. 193. Trajecti sub Conrado III. factum est, diploma legitur ap. WILHELM. HEDAM. bishor. Episcop. Traject. p. 164. generaliter demum sanctionem de jure capitularium statuit Frider. II. vid. CONRING. exerc. Acad. p. 443. videtur nobilium major ratio habita fuisse. Nam nobilibus electio competebat olim ante capitula, ut patet ex electione Wigboldi Archiepiscopi Colonensi. be wargekobren von Edelen, und von der Ritterschafft vid. Chron. Coloz. 178. Temperandum autem hic est ab omni regula universalis, nam hodiernum dari ecclesiæ cathedrales ubi

gativa, & ex illis canonici \*\* capitulares, domi-  
cellarii &c. elegantur.

§. XI. Est nobilium ruri degentium non  
exiguum privilegium, quod sint *status*\* provin-  
ciales,

ubi præter nobiles, doctoribus aditus concessus est, Epi-  
scopatus Basiliensis, Brixensis, & abbatia Sant Gallensis,  
cujus abbas hodiernus ab humili genere in altum surre-  
xit, evidenter teſtantur. Licet hic dici queat, Doctores  
esse nobiles Pontificis, ratione primæ originis.

\*\* Quantus exinde census in nobilitatem redun-  
det, facile colligi potest. Ut taceam insignem honorem,  
quod Canonici elegantur *Abbates*, *Episcopi*, deturque hac  
ratione nobili occasio ad Principum fastigium aspirandi.  
Unde dolenda est nobilium protestantium conditio, qui  
sub ditione Præfulum Catholicorum vivunt, & quotidie  
experiuntur, quod extranei ipsis hanc palmam præcipi-  
ant : exempla addidisse, ni fuisset odiosum.

\* De libertate Germanica noscentur effata ipsorum  
Casarum & Principum : Dass Teutschland ein freyes Reich,  
und billig das freueste auf der Welt. vide quæ conduxit au-  
tor der Grundz. pag. 10. seqq. Neque vero libertas inter  
folos procerum imperii ordines continetur, sed in pro-  
vinciis in primis nobilibus sua libertas est. Ut proinde  
HUGO, vir in ipsis quondam rerum argumentis verfa-  
tissimus, in libello suo habitum regiminis provinciæ ad  
integrum imperium magna industria & rectissime com-  
paraverit.

\*\* Cum

ciales, & quod ex ipsorum consilio res arduæ ac magni momenti jam antiquitus \*\* gerantur.

## §. XII.

\*\* Cum temporibus Cæsaris & Taciti ducatus, principatus elogia magis ratione officii in republ. quam proprio & patrimoniali jure possiderentur, nobilium, ut pote quorum conditio non adeo remota erat ab illis, consensu vel dissensu pleræque provinciæ regebantur. Quareidem TACITVS d. M. G. c. 43. ait: *Ligü Gotbones regnantur quidem, non tamen supra libertatem.* De temporibus sequentibus consule è chronicis antiquis differentem BRODV F. in gen. Princ. Anhalt. qui mentionem facit der Edeleñ Herrn, mit welchen Nahmen die anfänglichsten und fübrnebmsten von Adel benennt worden, de quorum auctoritate vid. REINEC. von des Adels Herkommen, p. 142. AVENTINVS in annal. Boic. deliberationem cum statibus vocat morem perantiquum. Respexit hæc ordinum provincialium jura Rudolphus I. apud LEHMANN. in constit. pac. publ. I. 108. verbis: *Was auch die Fürsten mit der LANDS-HERREN Consens setzen, &c.* Nec aliter GROT. in annal. Belg. vid. HERT. p. 409. t. II. significantius adhuc JCTorum Iui ævi Princeps STRYK. de comit. provinc. nullam provinciam senatu ordinum caruisse, vel carere vix potuisse, cum in eo salus populi & principum dignitas acquiescant, mæcule pronunciat. Consimilia habet B. RHEU. prefat. jur. feud. p. 75. præcipue vid. HERT. d. I. ubi tibi pollicor, 1.) probationem juris ordinum provincialium per plerasque Germaniaꝝ provincias distingam, 2.) testimonia annalium selectissima, 3.) auctoritatem

sitatem J Ctorum summorum, 4.) sanctiones pragmáticas Optimas ; adde ejusdem viri omni elogio majoris *dissert.*  
*de super. territ.* Criteria ordinum provincialium v. in  
*affert. Libert. Bremens.* habet p. 89. sequentia 1.) einen Stande  
*des Ertz - Stiftes repreſentiren, 2.) in folcher Qualitat auf*  
*den Lan. Tag berufen werden und erscheinen, 3.) mit consul-  
*tieren und schließen helfen, 4.) das Ertz - Stiftische Hoff- und*  
*Oberland - Gerichte mit besetzen, 5.) Land Rat be halten, &c.*  
*quaꝝ tamen omnia universalia esse minime dico. Nego-*  
*tia, ad quaꝝ concurrunt, sunt dua, definitore MEVIO P.*  
*III. dec. 16. in Rec. provinc. Marchic. d. ao. 1602. d. 11. Mart.*  
*explicatus describuntur: wichtige Sachen, daran des Lands*  
*Gedeyen oder Verderben gelegen. Mecklenburgici in Rec.*  
*prov. de ao. 1522. reddunt: in vorfallenden Nachben. Lex*  
*provinc. Pomeran. ao. 1560. ad species descendit: in Krie-  
*gen, Verbündnissen, ohne der Stände Vorwissen und Willen, &c.*
*adde EGYDIVM VON DER MYLEN antiqu. Pomeran. Ple-*  
*niorem harum causarum elenchum suppeditabit WILD-*  
*VOGELII de flat. provinc. *dissert.* In Saxonia nostra cum*  
*ao. 1530. de introducenda constitutione Carolina in co-*  
*mitiis ageretur, Elector per legatum in comitiis Frey-*  
*tag vor Pfingsten monuit: Dass wenn die Hals - Gerichts - Ord-*  
*nung sollte angenommen werden, so mächtte man es bey der*  
*Landſchaft (sc. si repugnaret juri Saxon.) nicht erhalten,*  
*wie deanzuvor solches in der Volge der Enckelwre erfahren*  
*worden. Quid nuper ordines provinc. in electoratu ra-*  
*tione religionis humillime in dieta provinciali petierint,*  
*exiis, quaꝝ ante paucos menses Ratisbonæ dictata sunt, di-*  
*scere potes; adde, filubet, SECKEND. im Fürsten - Staat*  
*II. 4. 4. & I. P. IV. deſolutione der Land - Schulden, plura***

## §. XII. Prædia \* nobilium, die Ritter-Si-

communicabit S C H O P. in thes. feud. p. 282. seq. Monendi sunt itidem ordines in alienationibus; de comitatu Waldeccensi, vid. G V N D L I N G. de jure oppign. territ. de alienatione oppidi Lubecensis in Westphalia, vid. M E I B O M. t. II. p. 224. de oppignorationibus paulo post eundem. Addendus est S C H A T E N. annal. L. IV. pag. 321. f. Clarissimum exemplum habet T O R N O V. de feud. Meckl. p. 190. de alienatione molendini Gustroviensis p. 190. Dicuntur ibi ordines testes fideles, milites & facti P R O M O T O R E S; est & ibi casus ex sec. X I V. Ne tamen ordines suis privilegiis abutantur, satis sibi prospexerunt Electores in capitulationibus, vid. omnino caput. Josephi cum locis parallelis art. III. apud M V L D N E R. p. 21. sequ. Sed pro instituti ratione satis.

\* Quo magis solide demonstretur hoc assertum, hic quædam de horum prædiorum origine commencemur. Communiter docetur, nobilium prædia esse feuda, feuda autem beneficia dominorum, dominos in datione horum beneficiorum sibi reservasse varia jura, vid. in hunc sensum M E I C H S N E R. t. II. L. 2. dec. fin. R O S E N T H A L. c. 5. concl. 13. C A R P Z. 2. decis. 98. B R U C K N E R de domanio; c. 5. n. 25. & nobiles sua fere ut donatarios precario habere. Unde nobilis non ægre ferre debere, si interdum censura profiteri jubentur, aut penitentiæ subjiciuntur, ita pene posecentibus regulis grati animi officii. Antiquitus Duces, Comites &c. fuisse dominos universæ Germaniaæ, eamque jure proprio & solitario possedisse,

DE PRIVILEGIIS AGRICULTVRAE NOBILIS. 9<sup>e</sup>

Successu temporis, nec sine insigni generositatis specie, nobilibus militibus pro exantlatis belli laboribus & superatis periculis de toto territorio particulias minutas seu prædia proemii loco contulisse. Unde locutio feudistarum : *feuda cuperunt cum liberalitate.* GOEDD. Disp. 1. de feud. §. 2. in not. vid. quos allegat ROSENTHAL. cap. I. concl. 6. in eundem sensum differuerunt legati & consilia-  
rii cuiusdam Principis in controversia cum nobilibus. Ne-  
que vero alter fieri potuit, nam ortus & progressus præ-  
diorum nobilium fuit unice quatuor in LL. quibusdam  
feudalibus. Qui communiter tramite incesserunt, adierunt  
jus Longobardicum, qui autem qualicunque patriæ no-  
stræ notitia sibi pollere visi sunt, sua hauserunt ē jure feu-  
dali Francico. At utrumque jus sisit feuda tanquam di-  
recti dominii munus & donum, vid. ALTESERR. de orig.  
fend. c. 1. 2. SCHILT. p. 10. de parag. & apag. Net tandem  
historiorum testimonia desint, præter legislatores Fran-  
cos & Longobardos, in ipsa Germania, quatenus à Fran-  
cia & Lombardia separatur, videtur communem causam  
defendere WITICKIND. qui ap. Meibom. t. II. p. 636. mi-  
litibus possessiones armis obtentas Henricum divisisse  
narrat. Monach. Herveld. t. I. ap. SCHARD. p. 781. ubi  
Henricum IV. ablati Saxonibus beneficia militibus distri-  
buuisse refert. Consentit Chronic. Mont. Seren. quod p. 49.  
feuda : beneficiarias possessiones definit. Similia dispe-  
rit FELIX FABER. Monach. Ulmens. p. 66. qui dono  
regio accepta fert omnia, quæ Principes, comites, baro-  
nes, domini, nobiles possident. Enim vero quam vane  
& fallio hæc omnia jaçtentur, in aprico est. Nam fuerunt  
nobiles ante duces, & nobilium prædia ante territoria &

principatus. Quo altius in historia ascendis, eo magis  
omnis reipubl. forma ad libertatem vel optimarum, vel  
democraticam accedit. Secernebatur Cæsar is avo Ger-  
manorum populus in nobiles & reliquos, five con-  
fitebat *ingenitus* & *plebe*, quod & Tacitus plus vice  
simplici asserit. Ille L. 3. d. B. G. hic cap. 7. de  
*M. G.* testatur, quod Principes, Duces, reges pro-  
dierint ex nobilitate, veluti è sua origine & stirpe  
communi. Imo quod nobilium nomen semper ac ubi-  
que, ducum autem ac regum non nisi belli tempore, vel  
inter quasdam provincias audiretur. Neque existimandu-  
m est, quasi hi nobiles cum fame & egestate collectati  
sint, nam cum penes eos rerum summa esset, *vid. not. ad*  
*S. præced.* in acquirendis & conservandis prædiis sibi non  
defuisse admodum verosimile videtur. Accedit in gra-  
tiam incredulorum evidentissimus locus Taciti c. 15. d. *M.*  
*G. mos est*, inquit, *civitatibus* (nobilium cape, ut contextus  
demonstrat & analogia historiæ probat) *alio ac viri-*  
*tim conferre Principibus vel armentorum vel frugum, quod pro*  
*HONORE acceptum, etiam necessitatibus subvenit.* Unde  
consequens est, quod nobiles non solum ad satietatem,  
verum etiam ad abundantiam possessiones habuerint. Ab  
hoc statu non abiit Germania, cum dein sub auspiciis Ca-  
roli M. in unum corpus coalesceret. Ornavit quidem  
nobilem gentem maximus Imperator infinitis honoribus  
& beneficiis, ut non difficulter è variis officiis aulicis in  
eam collatis constat, *vid. HINCMAR. epist. 1. c. 1. 8. 25.*  
Quanti nobiles vero in militia fecerit, audiamus ex ipso  
Carolo M. ap. GOLDAST. T. III. C. I. p. 120. ite, inquit,  
*mei milites, vos heroës vocabimini, socii regum, judices crimi-*

num

DE PRIVILEGIIS AGRICULTVRAE NOBILIS. 93

xum. *Vivite laboris expertes, consulite regibus, publico nomine, favete orphanis, juvate pupilos, consilio circumdate Principes.* Ab his vietum, vestitum & stipendum petite, si quis negaverit, infamis ingloriusque es. Nec aliter obtinuit sub Saxonibus. Auspicio regni Saxonici Henrico Aucipi debentur, qui omnis in eo fuit, ut non tantum parta tuerentur nobiles, sed ut & opibus augerentur; ita enim WITICKIND. p. 641. d. l. cumque esset in exaltando gentem suam, rarus fuit aut nullus NOMINATORVM viorum in omni Saxonia, quem preclaro munere aut officio, vel aliqua questura non promoveret. Plane lege publica effecit, ut possessiones agrariorum militum essent aeternæ, dum eos sub pena amittenda nobilitatis prærogativæ magno numero in fundis suis rusticis subsistere jussit. Quod dein usque adeo in morem abiit, ut, cetero supra docuimus, non leve iudicium genuina & avita nobilitatis sit, per aliquot secula ruri prædia tenuisse. Ut taceam jam adducta torneamentorum & alia instituta Henrici, quæ unice ad decus & tutamen nobilitatis collimabant. Ad profusionem usque liberalis fuit gens Saxonica regia, quis crederet ipsam militibus nobilibus suas hereditates eripuisse. Henricus sancti nomen committeritus, id etiam laudis confecutus est, quod suum cuique tribuisset, reliquisset, vid. LEHMANN. L. V. c. 16. plane in exequiis Ottonis III. consanguinei: *totum exercitum, qua debuit, liberalitate recepit, junxit sibi regia dona faciens per amicitiam, quos postmodum suscepturnus erat in militem.* ADELBOld. in vit. Henrie. S. p. 432. t. I. Rer. Bruns. Quadrathucratio, quam ipse Henricus dein alia occasione reddit: *male comparat regnum, qui in ejus adoptione anime, posponit detrimentum.*

ADELBOLD. pag. 443. ibid. Senit quoque eximios affe-  
ctus sui in nobiles fructus, quanta enim animi alacritate,  
licet cum præsentissimo periculo, latronum Romanorum  
faucibus eripuerint lib. 6. Dithmari describit Nicolaus  
SCHATEN. in annal. p. 370. 371. Inde judiciosissimus (quo  
rarissimo elogio macat Mauritus Lehmannum) taxi  
nostrī historicus perillustris Dominus de LEIBNÜTZ,  
censet in prefat. adt. I. Henricum sanctū, Principe  
egregium, non suisse devotionibus insolitis deditum, ut  
posteriores scriptores tradunt. Post Saxones devenit im-  
perium ad Franconia Duces, equis autem ostendere pot-  
est, quod sub his calamitosa nobilium tempora ingruis-  
sent, Henricus III. quo justitia zelo in nobiles inclarerit,  
ut ne quidem equum, qui ad nobilem pertinebat, ab ab-  
bate sibi donatum, retinere vellet, describit GLABER. ap.  
BARON. sub ann. 1047. l. XI. p. 163. 6. annal. Imo licet no-  
bilis abjecto veluti omni pudore, exutaque reverentia  
Imperatori debita, in ipsa via publica importune equum  
repozceret, respondebat tamen Henricus sine ira: si tuus  
est equus, ut aīs, accipe illum cum seffore, & educ tecum quo  
melius optas, & habecas utrumque, quousque persolutionem fur-  
ti suscipias &c. Alia via quidem incessit Henricus IV. de  
hoc enim querela monachi Herveldensis p. 746. tom. I.  
Schard. est, quod plura promiserit sacerdotibus, imo ni-  
mia, fueritque deceptus vicissim ab iisdem, quod VILIS-  
SIMOS homines aluerit, quorum consilio rexisset impe-  
rium. Verum quam constanter Saxones, præcipue no-  
bilium jura fint tutati, discere est ex eodem monacho.  
Pergamus ad Svevos. Fridericus I. summopere curæ cor-  
dique habuit, ut beneficia omnium fidelium, ergo & no-  
bilium

bilium nulla ratione, vel alienatione ad alios devenirent,  
quod luculentius describit RADEVICVS p. 509. ap. VRI-  
STIS. t. I. nec pratervidit LIGVRINVS p. 409. apud Reu-  
ber. Idem annotatum est OTTONI FRISING. in vit.  
Frideric. I. ap. Uristis. Curare observavit hic Imperator  
gradus nobilitatum in curiis regiis, ut singulis ordinibus  
suum decus constaret, ut non obscure innuit jam nomi-  
natus Praeful Frising. p. 452. ap. Uristis. tom. I. Quomodo  
itaque credibile est, nobilibus prædia, quæ nobiles à pa-  
tribus, avisque accéperant, hoc tempore ipsis fuisse ad-  
empta. Eadem mens sicut Friderico II. qui, referente si-  
de digno scriptore CVNRADO à LICHTENAU pag. 130.  
plane decisionem regalium suorum unius nobilis duello  
submisit, & quidem per modum legis. Marquardum de  
Arnimvill ministerialem libertate & ducatu Ravennatensi  
donavit, jus militia nobilibus vindicavit, quæ & alia plura  
idem Cunradus lectorem docet. Sed fines notæ excede-  
rem si per singulos Imperatores ire vellem. Idcirco de  
recentiore ayo producamus effatum Ferdinandi I. de an-  
no 1555. ap. GOLDAST. p. 284. der R. S. Kœfser. Majestas (ver-  
ba sunt Imperatoris) wurde sich als ein Pfanzor und Hand-  
haber des Adels mit allen gebührlichen Vaserl. Gnaden zu er-  
zeigen wissen. Ex quibus omnibus evidens, nullum Im-  
peratorem nobiles veteribus possessionibus & prædiis ex-  
euississe, nec quæ ipsis competierunt iura turbasse. Ete-  
niam ut & ad alia in contrarium respondeamus, appone-  
re libet locum ex disert. B. SFRYKII de jur. sing. connub.  
in Germ. p. 35. ubi de oneribus feudorum disserit, quod in  
Germania ex his dotatio, educatio filiarum inde debeantur. De  
ratione, pergit, hujus consuetudinis videbimus. Consistit illa

in impropositate feudorum Germanicorum, que non militaria sicuti Longobardica sunt. Nunquam enim Germania fuit militibus distributa: & paulo post: inconvenienter igitur jus Longobardicum nostris feudis, quo olim allodia fuerunt, si AVLICA & pauciora MILITARIA excipias, adPLICatur. Sed quis curat, notanter addit, inconvenientiam, ubi inter se politicum persatur, quod NIC. VIGEL. J. C. tuis, qui Carol. V. Imp. à consil. fuit, in metb. jur. feud. p. 27. prodidit. Quare non obstat locus Wittickindi, nam esto, Henricus possessiones armis obtentas militibus dedit, quid inde? erat hæc datio debita merces pro periculis vita & laboribus, erat hæc distributio species juris antiquissimi Germanici, vel Francici, vi cuius præda inter Regem & milites distribuebatur. Imo spectabat hæc distributio ad quædam prædia, habebant jam antea nobiles longe plura prædia. Erat accessorium auctuarium veterum. Eodem modo monacho Herveldensi satisfit, quod Henricus IV. milites tanquam socios suos, sic enim illos Carolum M. appellasse, ante audiimus, passus venire in lucri communionem. Testimonia Felicis Fabri non sunt adeo magni momenti, ut adversus prefat. jur. feud. Alem. Schilter. obseruat WERLH. specim. jur. Germ. Sed concedamus hic vera locutum fuisse quadam de munificentia Caroli M. limitanda tamen erunt Fabri dicta secundum dictum historiæ, ut non in universum Carolo tribuatur origo prædiorum nobilium, quæ dein maxima parte in feuda verti cœperunt, de quo distinctius postea dicemus. Quod autor Chronici M. S. feendum describat beneficiariam possessionem, nobilibus non obstat, nam respexit ad feuda, quæ mere salario erant. vid. omnino EYBEN. p. 531. A. circ. m.

\*\* Ad

Ize \*\* omni exo sunt ab oneribus tributo-  
N rum

\*\* Ad quam classem prædia nobilium spectent, quæri potest, sunt enim varia in Germania species. Est celebris communis divisio in feudalia & allodialia bona. Ast duæ potissimum se objiciunt difficultates, nam 1.) hæc distinctio tot sensus fere habet, quod capita eandem adducunt; 2.) fuerunt, qui plane de ea dubitarunt, an apta sit ad complectenda omnia Germanorum prædia. Quod primam difficultatem attinet, horret sane ac refugit animus tot diversæ sentientium scrinia excutere, vel quoque crambem à glossariorum scriptoribus coctam denuo igni apponere. Si secundum commune proverbium proximus ad manum carissimus in hac doctrina qui jam est toties allegatus, LEHMANNVS. Hic cbr. Spir. p. 159. a. pr. haud titubanter dixit: *alode notat bona hereditaria propria, que Theganus de gestis Ludovici, nominat possessiones avi & tritarii;* ut plurimum in diplomatis habetur: PROPRIETAS v. c. in diplomate Ottonis I. p. 286. ap. SCHAT.: donamus proprietatis noſtrae C. jugera, & p. 289. in diplomate jussdem Imp. quicquid proprietatis habuit. Videtur autem, fequestrato latissimo significatu, quo predium in universum notat v. L. II. LL. Longob. t. IIX. l. 9. vel late sumi, pro omnico, quod quis hereditario vel alio singulari jure v. c. emtionis possidet. Dividitur enim in allodium de hereditate & de conquisima. vid. convent. Reg. Franc. & German. t. I. C. 1. apud GOLDAST. n. 20. vel stricte pro solo hereditario, sic legitur in diplom. Williswindæ anno 763. p. 2. ap. TOLNER. C. D. quæ mibi de parte genitoris mei obvenit, & unde cunque

cunque tum de ALODE, quam de COMPARATO, seu de quo-  
libet adtractu ad nos noscitur pervenisse. Feudum potest  
hinc intelligi vi oppositorum, sc. quod non tenetur jure  
proprio, vel hereditarium non est. Sed nimis vaga est  
haec definitio, recurramus ad GOLDAST. d. l. ibi Carolus  
M. Rex Franc. post verba jam recitata de hereditate & con-  
quista &c. pergit: & quod de donatione nostri senioris ha-  
buerunt. Vides, ni fallor, quid fuerit feudum antiquo  
tempore, & quare beneficium dictum, simul vides. De-  
sumebatur isthac avo differentia à modo acquirendi. In  
LL. Longobardicis adjicunt alia differentia: allodium  
est, quod vendi & alienari sine consensu domini potest. 2. f. 54.  
inde feudum est, quod alienari nequit sine eodem con-  
senstu eisd. LL. Jus Sveicum c. 45. ita: *Des Dienstmanns  
Eigen, sive allodium, mag nimmer kommen in die Königl. Ge-  
walt, noch uß ibrer Gorzbeuser Gewalt, ob sic sich verwürcken  
an ibren Recht.* Hoc sensu erit feudum, quod delicto sive  
felonia amittitur. Alias nec hoc jure, nec Saxonico al-  
lodium pro libitu alienabile erat, sed cum consensu he-  
redum, vid. *Jus Alem.* p. 66. edit. Meibsn. Aucta veluti  
definitio est apud SAND. p. 1. de feud. Geldr. allodium est,  
quod est sine hominio, censu, sine vectigali, sine servitio; ea-  
dem habet c. VID. PAP. decisi. 560. Proinde feudum est,  
quod vel hominium, vel servitium præstat. Allodium  
autem liberum prædium est, ut etiam indicatur ap. AV-  
BERTVM MIRAEVM in donat. Belgic. c. 46. p. 100. allodium  
nostrum cum omni jure LIBERTATIS ET DOMINII, quod  
sibi tenebamus. Adde Sirmondum ad Goffrid. Vindocin. p. 5.  
subducamus nunc calculum, quid prodeat è collectis.  
Feudum est, quod tenetur à domino ut donatio, non alic-  
abilis,

DE PRIVILEGIIS AGRICULTVRAE NOB LIS. 99

nabilis, revocabiliter & cum onere. *Allodium* quod habetur suo jure, alienabile sine consensu domini, irrevocabiliter & citra onus. Ex his evidens est, allodium fuisse nobilium feudo, utpote, quod pleniore jure possidebatur, & majore commoditate, imo & HONORE, ut diserte dicitur *t. XIX, cap.* Kar. Calv. Unde concludit EYBEN. *p. 531.* quod feuda habuerint olim rationem stipendiorum, allodia autem dominiorum in prædiis. Dispiciamus de altera difficultate, quod feuda & allodia non sint genera adæquata, ad quæ omnis prædii species possit reduci. Urget eam BITSCH. *defend. p. 674.* adducitque bona emphytevtica, libellatica &c. quæ nec feuda sunt, nec allodia dici merentur. Nescio, an huc respexerit SGHILTÉR. Successor Bitschii Argentor. in *J. F. A. p. 32.* qui novam divisionem substituit in bona avita & acquisita. Quamvis distinctio hæc non inserviat explicanda natura emphytevium; illud certum est, quod nec lex Longobardica aduersetur monito Bitschii. Siquidem *p. 678. apud* Lindenbrog. exponitur de beneficio *l. 1. l. 4.* de terra tributaria *l. 2.* de terra censuali *l. 3.* de allodium nihil omnino, per spicuò indicio, quod non placuerit dichotomia, licet certo respectu tolerari possit. Et sane, ut nunc transeamus ad questionem, de qua agere instituimus, prædia nobilium ad neutram classem sive allodialium sive feudarium satis exacte quadrare videntur. Ne hoc offendat communem turbam, viam nobis sternunt & mununt STRÝK. qui prædia nobilium *cit. loc.* feuda impropria dixit, EYBEN. qui idem facetur *d. 1.* BVRGMEISTER qui *pag. 20. 21. 475.* 486. &c. aliunde docet, quod nobilium possessiones sint veluti mixti generis, nec feuda pura, nec allodia. De feu-

N 2 dis

Burg

rum \*\*\* immunia. Quamvis non omnes iurium  
Doctores genuinam rationem assequantur.

## §.XIII.

dis participant, quod in nexum fidelitatis reciprocum  
Principi uplurimum (non opus erit, ut centies dicam,  
quod non in universum loquar) sint commendata, quod  
nobilibus vasallis exinde specialis protectio debeatur,  
quod domino servitia regulariter debeat; de allodio  
autem, quod non sint mere gratia donum, nec ob quod-  
vis delictum dominique offensam revocabile, quod fir-  
miter possideantur ob primam suam originem, quod in-  
commodum familiae vasalli, varia onera, ut dotationis,  
educationis liberorum, ipsis inhærent, alicubi libere op-  
pignorentur &c.

\*\*\* Immunitas hæc non heri aut nudus tertius na-  
ta est, sed continet reliquias vetustissimi juris. Veteres  
Germanici nobiles solebant Principibus suis certam pra-  
diorum partem assignare, ut inde fructus ferrent, & vi-  
tam tuerentur. De Gothis animadverit PALTHER. dif-  
fert. de nobil. quod regibus suis concesserint quadrantem  
possessionem, dotraitem autem sibi reservarint. Simi-  
lis mos à Germanis olim introductus est in Angliam, ut  
distincte communis nuperimus auctor anonym. des-  
fautes de deux côtés. Apud Francos noscebantur bona fi-  
scalina, dein etiam domania dicta, parata in sustentatio-  
nem Imperantium. Vid. B. HERT. de veter. Germ. pop.  
Tributa solvere molestum erat geniis libertatis studio-  
fissimis. Nam potissima ratio, quare jugum Romano-  
rum excusserunt, erat, quod tributa imperari ferre nol-  
lent,

DE PRIVILEGIIS AGRICULTVRAE NOBILIS. 10<sup>x</sup>

lent, vid. GREGOR. TVRON. L. VII. c. 15. Omnis œconomia, ut supra indicatum, erat nimium quantum frugalis, bonis fisci, vestigalibus (erant tamen valde moderata pro usu viarum & pontium) vid. LEHMANN. c. l. p. 162. heribanno, fredo, nummo bannario, inferenda, Reges vivebant, conjux regina eadem administrabat, inde ipsi cedebant in hereditatem das Spilltbeil LEHMANN. L. II. c. 11. in casu necessitatis solvebatur die Schatzung. Conringius de negot. in comitiis ita: sero admodum in nostra Germania Regibus potestas concessa est, tributis & oneribus aula sufflentande, aut militium alendorum causa subditos imperii onerandi &c. quod probat Hinemari, Gemblacensis & aliorum testimentiis. Dissipatis denique bonis fiscalinis rogarí ceperunt à testibus die Reichs-Steuern. Principes redditibus assignatis contenti erant, quos dicimus die Cammer-Gefelle. vid. deduc. ord. equesfr. Würteb. à celeberrimo Burgmeistero Präfidi transmissam p. 54. Alii ita: Principes contentierant fructibus feudorum vexillariorum, bonorum patrimonialium & tributis: que appellabantur die Ober- und Nieder-Beede, de qua Rhet. integr. differe. rationem census utraque precari habebat. Unde & nobiles ea investiebantur, vid. deduc. Mansfeld. Reg. Boruss. contra comit. anno 1701. Neutra erat pars superioritatis, ut fateatur vir doctus & candidus OCKEL. p. 143. add. deduc. Equ. V. Luxu seculi ad tributa deuentum est, quæ non sine ordinum provincial. consensu exigebantur, unde illud: Ihr Herren williget, die Schöpskeulen werden kalt. Asservatur à ministro status illustissimo diploma Regis Danie, quo Rex gratias luculentas agit ordinibus provincial. in Holsat. quod consentire voluerint in summam non adeo magni

momenti. Ne tamen Principes suis rogationibus abutentur, oblitus prohibitio Frider. III. in Reform. de anno 1441. p. 167. de P. R. S. GOLDAST. Possunt collectari provinciæ invitæ zu Erhaltung gemeiner Sicherheit und Rube, doch daß die Maß der Hülfe denen Unterthanen kund gemacht werde. Rec. Imp. 1555. §. 82. Ex jure belli, pacis, & foederum J. P. W. orta tributa extraordinaria OCKEL. p. 146. d. 1. Egregium est monitum, quod habetur in d. R. I. 1555. §. und da ein &c. Steuren sollen zu nichts anders angewendet werden, als worzu sie gewidmet, das übrige soll aufgehoben werden. Contrahamus quoque in summam, quæ collegit de historia tribut. KLOCK. de contribut. c. I. Carolus M. inquit, exegit tributa tempore belli ab omni non militante. Otto I. paratas & mansionaria imperavit Italies. Tempore Wenceslai rusticus solvit 26. denarios pro fumante per annum n. 203. ibid. Sub Sigismundo ad extirpandos Hussitas tributa indicta fuerunt. Sub Frider. III. & Maxim. I. vix unum & alterum exemplum legitur. Quicquid poscebatur, solventium consensu poscebatur, a nobilibus solum exigebatur hostenditium. n. 231. Ordines imperii suos rogare cœperunt è consensu comitali. vid. Rec. Imp. n. 119. 120. adduct. Weil Stände aus ibren Cammer-Gütern die Laß nicht allein tragen kündten, machten sie ihre Unterthanen umb Hülfe ersuchen. Dicitur in LL. imperii, quod origo collectarum ordinariarum incepit ab 30. 1495. antea ne rustici quidem tales solvebant. Ex his non difficulter de pradiis nobilium judicare licet, & illorum immunitatem perspicere. 1.) Nobiles ipsi contulerunt olim de pradiis suis, ut electorum ex eorum ordine Principum fiscus five camera augeretur. 2.) Nobilium consilio regebantur provin-

DE PRIVILEGIIS AGRICVLTVRAE NOBILIS. 103

provinciæ. Casar Rudolphus I. vocat nobiles *die Land-Herren*, Dux Megapolitanus sui facti PROMOTORES dixit, vid. supr. 3.) Recessus Imper. exigunt, ut cum nobilium consensu tributa communia indicantur. Ulterius 4.) olim ne quidem reliqui cives collectati sunt. 5.) Nobiles sollen nicht Bürgerlich leben, nichl Kauffmannschafft und Städtische Nabrunng treiben, und sich doch honeste auff übren, secundum voluntatem Regum Germaniæ D. E. W. p. 6. Alias non habentur Schildberüttig, Ritterbürtig, SAND. pr. de feud. Geld. Porro 6.) nemo possidere debet Ritter-Güther, nisi nobiles multis hodienum in locis; 7.) Plures extant prohibiciones, ne nobilibus vendantur prædia tributis obnoxia, nam suspicio est, ne & in his immunitas pratendatur; 8.) Plane penale olim erat, nobilem possidere prædium censiticum. Gloss. ad Spec. Sax. art. 21. L. II. & art. 59. Accedunt his rationibus non una leges. Ludovici Pii sanctione p. 9. 10. t. C. I. GOLDAST. *wartas* & *paratas* facere jubentur, verdas quoque ad subvectio- nem militum donare, aliis census ab ipsis exigi vetatur. Nec aliter Sigismend. in reform. ap. GOLDAST. t. II. p. 120. Wenceslaus in dipl. ap. HEIDER. p. 600. ALBERTVS in confit. Budæ. p. 461. pr. t. III. Goldast. C. I. antiquam liber- ratatem nobilium allegat. Imo quid opus est in diatis no- bilium consensum requirenre circa tributa, si ipsi pro lubi- tu sunt collectabiles. Inde Comes Eberhard. de Wur- tenberg anno 1389. in litteris investitura Werneris von Ro- senfeld PP. ait: *von aller Schatzung frey nach HERKOMMEN Edler Leute Güther.* Marchio Durlacensis in aliis simili- bus litteris anno 1587. infexit: *frey wie ANDERE Adel. Güte-* *berg p. 100. D. E. W.* Quare Itterus de feud. Imp. p. 94. feu- dum

dum nobile definit, quod habet immunitatem. Testimonia JCTorum habes ap. MATTH. p. 13. MYNS. dec. 15.  
Reſp. I. MAVRIT. de nobil. Germ. HERT. t. II. p. 486. MINDAN. L. II. c. 42. KLOCK. de contribut. p. 287. Graviter obſtare videtur, quod olim nobiles liberifuerint tanquam milites, hodie autem militiam à Principibus magno sumtu conſcribi, inde nobiles teneri contribuere. Aſtenendum, quod hodienum exhibeant: *Die Ritter-Pferde*, quodque rufuci nobilium ſecundum placita diætarum provincialium tributa ſolvant, quodque iſpi nobiles in caſu neceſſariæ deſenſionis patriæ auxilia non ſint dene-gaturi. Obligabantur olim ad *reſam*, de quo verbo BITSCH. in ind. & pro hac redimenda ſolvebant *bostenditum* vid. GÜNTHER Ligurin. VIII. verſ. 668. ibique RITTERSHUS. FREHER. ad conf. Carol. III. STRAUCH. de *bostenditio* §. 8. definit: adjutorium, quod faciunt vasallus, dominis Romam cum rege in boſem pergentibus. Notat vero hoſtiſ exercitum, ut ex LL. Longobard. L. II. tit. 18. l. 5. LL. Salic. tit. XXXII. §. 6. LL. Bavar. tit. II. c. 4. Riphār. tit. 63. Saxon. tit. 5. c. 1. probatur ibid. §. 3. 4. Simile onus apud Britannoſ ſeutagium. Qui vasallus ipſe ad eſſe non poterat, ſolvebat decimam partem redituum de feudo ſuo. Auctor vet. de benefic. §. XII. ibunt cum domino, vel talento decimo iter redimant; vel ut in jur. Sax. c. 4. muſ die Farb laſen mit den zehenden Pfund des Zinses den er jebrlich von ihm bat. Historice rem clarissime deſcribit Radevicus ap. URISTIS. t. I. p. 510. ſirmiter etiam ſtatutus, inquit ibi Imperator, tam in Italia, quam Allemannia, ut quicunque in-dicit a publice expeditione vocatus à domino ſuo ad eandem expeditiōnem ſpatio competenti venire ſuperfederit, vel DIMI-DIVM

§. XIII. *Prediis nobilium, castrisque competunt varia jura \*, jurisdictio \*\*, jus venandi \*\*\* & si quæ alia.*

## O

## §. XIV.

DIVM (in LL. ut vidimus, habetur: pars DECIMA) redditus fundi unius anni domino non ministraverit, feudum, quod ab Episcopo vel alio habet, amittat. Observat BVRG-MEISTER p. 32. has expeditiones non amplius imperari proceribus imperii, E. nec nobilibus; cœpit collectatio subditorum & miles lectus p. 34. ibid. Præter hanc rei-sam denebantur olim vasalli nobiles servitia militaria ad usum provinciæ præstare. vid. *Jus feud. Sax. c. 46.* SCHILT. ad c. 87. J. F. A. indicatio horum dicebatur *beribannum*, vid. DUFRESNE b. verb. Non indicebatur, nisi in casu defensionis necessaria & juris persecutionis, inde nec facile ultra provinciam vid. ROSENTHAL VIII. 25. SECKEND. 247. nec diuturna esse debebat expeditio cum magno rei domesticæ detrimento. vid. R. I. d. 40. 1550. §. und niewobl. STRYK. de *fur. milit. imper.* Hæc servitia hodienum exi-guntur sive è jure feudalì à nobilibus & vasallis, sive jure sequelæ ab omni cive, vid. TORNOV. de *feud. Mecklenb.* p. 330. seqq. ubi de recentioribus legibus Marchiaæ, Pomeraniae, & vicinarum regionum.

\* Placat, *Verordnung im Dorfe zu machen und anzuschlagen, est hujus loci, Vid. disserr. EYBENII de regal. pri-vatis.*

\*\* Deprehendis hic, notante illustri THOMASIO, reliquias veteris disciplinae domesticæ, quæ ingenuis in suos homines proprios competitabat. Post eorum manumis-

numissionem in locum juris dominii successit hæc species magistratus, sive jurisdictione patrimonialis. Unde titulus: *ERB-LEHN- und GERICHTS-Herr.* Accedit observatio *LEISER iur.* Georg. p. 71. quod *Burg-Sitz*, *Ritter-Sitz*, fint synonima. Inde castrum, ut ex *HERING de jur. Burg.* ibidem refert, est nomen universitatis, qui honorem, districtum & JURISDICTIONEM importat. Igitur, qui dicit, nobiles habent *Ritter-Sitze*, dicit, quod habeant castra, nam quod castra, sive begrabene *Hausa* sunt nota nobilitatis supra *ex actis publ. der Erb-Männer* atculimus. Itaque ulterius, qui dicit, quod nobiles habent castra, dicit, quod habeant Jurisdictionem. Investitus autem de principali, censetur investitus de accessione, sive pertinentiis. Quare expressio Jurisdictionis in litteris investituræ magis spectat ad cautelas, quam ad necessitatem. Consilii sc. est, ut, cum tot sint Jurisdictionis species, divisiones & nomina v. c. Saxo dicit *Ober-Gerichte*, Francus appellat *Zent*, *Malefiz-Gerichte*, Bavarus die *Fraiß* &c. vid. EYBEN. 445. in litteris investituræ curatius sibi stipulentur nobiles, quod Jurisdictionis genus in suis prædiis exercituri sint.

\*\*\* Hoc jus plures invenit scriptores v. c. M O H R, KRAISSER & quos sup. §. I. cap. 1. Sect. 1. allegavimus. Nam Germanorum ingenui ab omni antiquitate venationi studuerunt, ut ex Cæfare, Tacito &c. discimus. Idem mos obtinuit sub Francis. EGINHARD. in vit. Carol. M. *Affidue exercebatur in equitando ac venando, quod illi GENTILITIVM erat.* Henricus I. inter Saxones à venandi studio vid. Gothoffr. Viterb. ap. PISTOR. t. II. p. 474.

*A modo perpetuo cognomine dicitur Auceps.*

Inter

DE PRIVILEGIIS AGRICULTVRAE NOBILIS. 107

Inter Francos quantum opera venatui datum, vel inde colligi potest, Henricus III. *vid. Rec. convent. Alsat. tom. II. C. J. p. 47.* venatores aequi ac clericos pace publica tueri voluit; Henricus IV. plane venatum magis curabat, quam imperium. *vid. Chr. Halberst. t. II. R. Br. p. 12.* Venatum amarunt Svevi, ut probatur ex confit. Frider. II. F. 27. *vers. nemoreta &c.* Rudolphi I. venationes frequentiores ex istius temporis annalibus discuntur. *vid. CVSPIN. in vit. & alios.* De Maximiliano I. res notior est, quam ut recenseri debeat. Antiquitus Reges sibi certa foresta v. c. in sylva Arduenfi, reservabant, in quibus aliis venari nescias erat. *vid. cap. Carol. Calv. t. 43. c. 32.* ubi elenches habetur. Unde noscebantur venationes solennes & regiae. *vid. Turonens. L. 10. c. 10.* Hinc *Chr. Mont. Seren. p. 37.* sub Imp. Ottone II. ait: *erat circa locum, scil. non procul à castro Northeimge, quod nunc Nienburg dicitur, venatio publica Imperatoris.* Distinctius *Spec. Saxon. L. 2. artic. 61.* Es sind drey Städte im Lande &c. Tempore Saxonum non secus observatum est, in locis, quæ ad regium silicum spectabant, vel Regum propria erant, pertinebar jux venandi ad reges; quare saepius monasteriis, Abbatibus, Episcopis concedebatur: diplomata Ottonem habet SCHATEN. *p. 344. 357. &c.* formula erat: *omnis venatio, que sub banno usuali ad forenum deputatur.* *p. 365. ibid.* Sub Henrico IV. in forestis regiis Saxonie erat Comes de Spegelberg imperii venator, danturque eidem ab officio insignia. *Chr. Oldenb. t. II. p. 142. f. ap. MEIBOM.* Constituti sunt venatores plures v. c. Marchio Misnensis, qui officium hoc imperiale exercuit in comitiis Metæ habitis ao. 1356. quæ describit Albert. Argentin. *p. 164. apud VRISTIS. t. II. &*

O z

latius

Iatius scriptores Bohemi. addit. CZECHERODIV in  
Mart. Morav. Comites Uracenses pariter inter venato-  
res Imperii referuntur. vid. CRVS. in annal. Sver. libr. pa-  
ralip. p. 81. Quare hodienum in insignibus Würteberg.  
superest venatorum cornu. Unde conjicit ZECH. Eu-  
rop. Herold p. 257. quod munera hæc fuerint provincialia,  
sic enim & Pomeranos & Carinthios venatores imperii in  
chronicis dici, vid. AEN. SYLV. lib. 7. c. 1. HARTKNOCH.  
bifor. Pomer. Extat etiam constitutio Wenceslai hujus  
argumenti de ao. 1396. apud GOLD. t. II. R. S. pag. 69. rubr.  
von Forst-Meister-Amt, in qua Wenceslaus confirmavit  
privilegia Jacobi & Joh. Waldstromerorum in dem Forst-  
meister-Amte über unser und des Reichs-Forst bey Nürnberg.  
Enimvero hæc omnia tantummodo ad certos districtus  
restringebantur, salvis procerum & nobilium iuribus.  
Unde toties interdicitur comitibus, ne foresta sive banna  
serina nova, ubi haec tenus non fuerunt, introducat. Si-  
quidem ingenuis sive nobilibus jus hoc semper compe-  
tit, probatid sati antiqui regiminis forma, qua liberta-  
tem nobilium suis prædiis plenissime utendi fruendi affa-  
tim loquitur. Neque verotantum annalium fide hæc ni-  
tuntur, sed & leges optime consentiunt. Speculum Sa-  
xon. jam audivimus, sc. L. VI. art. 61. in solo foresto ban-  
no munito à venatione cavendum non alibi, modo ne  
damnum detur segeti: So das Korn geschossen und Gliede  
gewunken hat. Apprime hoc facit sermo Richardi Régis  
Angliae apud Matthæum Parisiens. ad ann. 1132. Ita enim  
hic Princeps: feræ juxta NATVRALEM LEGEM OMNI-  
BVS sunt concessæ, inhumana est, ut homines ad imaginem  
Dei creati proferis de vita vel membris periclitentur. Unde  
trans-

DE PRIVILEGIIS AGRICVLTVRAE NOBILIS. 109

transgressores vel Angliam adjurabant, vel carcere vel mulcta coerecebantur. In LL. Ripuar. minor est pena in furtum in venatione commissum statuta, quam in res alias, quia fera habetur pro re non possessa. Rex Rotharis vid. t. XXII. L. t. LL. Longob. de persecutione & vulneratione ferarum loquitur, ut leges civiles Modo venatores abstineant à foresto dominico & loco regali p. 558. apud LINDENE. in LL. Wifigoth. lib. 8. tit. 4. l. 21. refertur venatio, ut RES LIBERA & monetur tantum, omnes venatores, ut de fovea vel laqueo vicinos admoneant. Consimilia traduntur in LL. Salic. t. XXXV. p. 328. apud LINDENBROG. ubi dicta de vulneratione, persecutione &c. ferarum innuant, quod venatio relata fuerit ad jus FVNDORVM, non ad classem REGALIVM. Magnum argumentum hodiernis temporibus desumui solet ē diplomatibus, age, & hæc consulamus. In diplomate Cunradi ao. 1130. p. 162. ap. KETNER. venatio diserte refertur ad PERTINENTIA jura & prædium. Verba ita fluunt: prædium cum omnibus ad prædium jure PERTINENTIBVS in proprium tradimus. Qua sunt autem pertinentia? audiamus Imperatorem, sic enim pergit: cum VENATIONIBVS, viis, & inviis, terris cultis & incultis, aquis, aquorum decursibus, pificationibus &c. Dicuntur pertinentia isthuc ayo etiam: APPENDITIA; chartas habet SCHATEN. annal. L. IV. p. 296. 311. 322. 345. Distin-ctius in diplomate ap. KYRIANDRVM. bistor. Trevir. p. 13. cum omnibus APPENDICIIS tam feodatis, quam non feodatis. Diploma Ottonis II. apud LEVCKFELD. anti-quit. Poeld. p. 32. vocat eadem: UTILITATES ad rem re-ſicientes. Legales autem justasque APPERTINEN-

TIAS dici maluit Otto II. p. 23. ap. KETNER. Henrico  
 III. in charta, quam recitat TOLNER. p. 26. Cod. dipl. Palat.  
 appellare placuit: INTEGRITATEM PRAEDII, quasi  
 prædia nobilia sine his essent manca veluti & mutila. Pro-  
 traxit SCHILTER. in commentar. ad ius feud. Alemann. di-  
 ploma Imperatoris Ruperti de ao. 1401, ex quo constat,  
 nec decimo quinto seculo quidem sylum mutatum, sed  
 ad feudum nobile PERTINVISSE venationem. Quare  
 in rebus Germanicis versatissimus EYBEN. 'dissert. de jur.  
 venand. aperte definit, venationem non esse REGALE.  
 In causa Lindav. p. 117. advocatus monasterii venationem  
 non jus regale existimat, verum servitutem. Consentiunt  
 KYLLING. de jur. ven. concl. 6. ZASIVS p. 830. HAR-  
 PRECHT. ad §. 12. d. R. D. TIRAQYELL. de nobil. c. 37. n.  
 150. VULTEI. J. F. S. BOGER. de regal. c. 1. Sed addu-  
 camus Jctum Saxonem, quem autem alium potius, quam  
 notissimum PISTORIVM in Seufeliz, cuius p. 1. qu. 15.  
 haec est philosophia: cum in facultate in causa Stolbergensi  
 anno 1560. (inquit) disputaremus, an venatio sit FRVCTVS  
 feudi, allegabat D. Jacobus, quod non, per l. venationem 26. de  
 usur. in contrarium allegabam l. 62. de usufruct. NB in exem-  
 ple, quo usus sum ad marginem scriptum est: adde l. 9.  
 §. aucupiorum &c. Addit quidem infine: Sed an quilibet  
 dominus feudi habeat ius venandi, alia quæstio est. Enim ve-  
 ro haec nobis non repugnant, nam licet dein Pistor. Consil.  
 14. negative respondeat, attamen capiendum est vel de  
 prædiis novioribus, vel de dominis non nobilibus. Val-  
 de enim notabilia sunt, quæ refert HERT. t. II. p. 486. Im  
 Clivia, ait, & comitatu Marcano, si civis feudum nobile acqui-  
 sat, non dominus, sed possessor, Einhaber des Ritter-Sitzes,  
 apel-

§. XIV. Nobiles prædia \* sua, una cum  
pertinet.

appellatur, nec JVS VENANDI afferere sibi audet; id enim dormiit donec res iterum ad NOBILEM pervenerit.

\* De origine prædiorum nobilium supra differimus b. cap. ostendo communi errore, quasi Principes olim omnia possedissent, & dein particulas inter nobiles distribuissent. Imposuit se. rerum patriarchum non adeo gnaris doctrina beneficiorum apud antiquos, quæ mera lalaria erant, quæ Principes vel e bonis, hosti eruptis, vel ad conservationem regiminis, (d' Etat nunc dicimus) ordinatis defumebant. Ab his immane quantum differebant prædia, quæ nobiles tamdiu, quamdiu fuit nobilitas, posse fuderunt. vid. EYBEN. p. 531. a. c. m. Sc. prædia nobilium non multiplicantur per generationem, uti ipsi nobiles. Hinc numerosa proles per officia aulica, militaria, beneficia- que vitam tueri annitebatur. Sentiunt nobiscum JCTi optimæ notæ. WERNERVS THVMMERVTH in tract. Krummstab sebleust niemand aus, fundam. II. n. 162. Ex quibus omnibus dicit, manifestum evadit, quanta injuria siue vasallis, qui hujusmodi feuda ex SVIS BONIS ob imaginari unreditum recognoverunt, & nunc numerantur quasi ex BO- NIS DOMINI pervenerint &c. & paulo post: nullum ex vi- cinis Principibus notable aliquod feudum de SVO liberaliter largitum, sed omnia à Vasallis ex propriis ALLODIIS esse re- cognita. Haud multum aliter R HETIVS comment. ad jus feud. p. 45. feudorum OBLATORVM MAXIMA per Germa- niā pars est. Eadem probat solide HERTIVS tit. II. p. 510. seq. Constituta leguntur apud EYBEN. Elec. feudal. c. 9. §.

pertinentiis obtulerunt \*\* variis ex causis \*\*\*  
in

c. 9. §. 21. Doctissimus auctor deducit. Wurteb. equit. p. 20.  
fenda DATA, inquit, sind die schlechtesten, OBLATA, die  
meisten und besten. Harum rerum scientissimus STRYK.  
Ex. jur. feud. c. II. feuda, inquit, Pomeranie, Megapolitana,  
Marchica, Silesiaca sunt OBLATA. Claudat agmen mag-  
nus SECKENDORF. addit. des Teutschen Füsten-Staats,  
§. 20. verbis: Die Vorhaben haben das EIGENTHVM me-  
rentheils gutwillig aufgetragen.

\*\*\* Oblatio vero non fuit uno modo facta. Jure  
feudali Alem. constat tribus actibus: allodium à domi-  
no, qui haec tenus id possedit plane 1) traditur futuro do-  
mino directo, qui illud per annum 2) retinet, & dein 3)  
vasallo futuro per investitaram reddit. Ast modus hic  
non est universalis, sed subinde alibi tantum facta traditio  
intervenit, & mediante sola scriptura Principis res allo-  
dialis in feudalem commutatur. Diploma Ducis Wil-  
helmi Juliacensis, quo predium hæreditarium Kesenich,  
pertinens ad Rathbotum de Plettenberg, in feudum com-  
mutat, recitat THVMMER MVTI p. 37. d. l. Collegit si-  
milia EYBEN. elect. feud. c. 5. §. 37.

\*\*\* Conduxit has causas HERTIVS d. feud. oblat.  
magna diligentia opusc. t. II. p. 488. quibus sequentia addo  
ex Deduct. E. O. W. interdum prædia offerebantur in feu-  
dum ob commissum crimen, ad redimendam vexam v.c.  
Ulrich von Reckberg bat a.o. 1554. einen Würtenbergl. Hüner-  
Voge ohne Ursache bingerichtet und deswegen Reckberg in feu-  
dum offeriret. Pro transactione ob quædam jura dubia  
oblatio

DE PRIVILEGIIS AGRICVLTVRAE NOBILIS. II.

in jus clientela & protectionis, unde orta sunt feuda oblata.

P

§. XV.

oblatio itidem facta, Hans Kechler zu Schwendorf bat 1516.  
weil Obrigkeit, Frevel und Buße ihm strittig gemacht, sein Gut  
1516. Würtenberg in feudum offeriret. Dein quidam obtu-  
lerunt allodium in feudum animo lucrandi, ut plus reci-  
perent à novo domino. Jacob von Ebinger bat gegen Er-  
haltung und Erlangung eines Drittels der Obrigkeit, sein Schloß  
Boltringen Würteb. offeriret. Wilhelm de Baldeck bat sein  
Gut, ümb zugleich mit dem Schloß Guttenberg belebnet zu  
werden, zu Lebn aufgetragen. Nihilominus cum nume-  
rus feudorum oblatorum sit fere in Germania infinitus,  
negari nequit, quod plurima oblata fuerint sponte sine  
metu pœna ob delictum, sine necessitate transigendi, ut  
abunde probant exempla apud THVMMER M. SCHILTE-  
RVM in supplém. ad commentar. jur. feud. Alem. p. 45. 47. &c.  
AVBERT. MIRAEVM in donat. Belgic. 514. &c. antiquitat.  
Fuld. ap. PISTOR. ZIEGLER. in dote Eccles. &c. Präci-  
pue Principium in dies crescens potentia allexit nobiles  
ad offerenda prædia, quo temporibus turbidis magis es-  
sent securi; fidem dictis faciunt, quos adducit HERTIVS  
p. 502. d. l. Nicolaus Burgundus, Ubbo Emmius, anna-  
les Flandric. &c. imo res cohæret optime cum systemate  
juris feudalis Germanici, quod feuda oblata à temporis  
interregni deducit, atqui isthac ævo augebatur Pro-  
cerum potentia, augebantur simul pericula bellorum.  
Itaque è scopo æstimandus est effectus, noluerunt nobi-  
les per oblationes transire in statum vilissimorum man-  
cipio-

S. XV. Dicendum adhuc foret de nobilitatione\*  
ipsa,

cipiorum, sed sub protectione & directione dominorum suorum in corpus feudale se arcus unire, ut fides inter superiore & ipsos vasallos nobiles magis firmaretur, ut unio inter convallos corroboraretur, ut promtior sequeretur a superiori protectio & a nobilibus praestarentur servitia, obsequiumque in communem reipublicam utilitatem. Quod antiquitas his verbis extulit : *Getreuer Herr, getreuer Knecht.* Imo hoc, nisi fallor, respectu ordines provinciales, quod sint fulcimentum rerum publicorum nostrarum, a STRYKIO &c. supra laudari cooperunt. Imo haec facta quandam a vasallis prædiorum oblatio & redditio a domino tantum abest, ut oneri cesserit vasallis, ut plane species beneficij haberi debeat. Atqui per beneficium in nos collatum non debet deterior fieri conditione nostra. Quod autem oblationes beneficium continent, patet inter cetera e diplomatica Wilhelmi Ducis Juliani p. 37. ap. THVMMERVTH. ubiita : *Dat wir angefehn und beträgt handt, solchen getreuen dencklichen Dienst den yse lieue Raidt &c. bis anber so fleissig und getreulich gehabt haben wir sein Haß, Hoff, Erbe und Guib zu einen Ritter- und Mann-Guth gefreyet &c.*

\* Antiquitus jam nobiles non tantum natos, sed etiam creatos suisse notat REINECC. d. tr. p. 140 ubi Henricum Aucupem post proelium cum Hunnis confectum, plures nobilitasse scribit, ut in occisorum locum novi surrogarentur, testem laudat BROTUFF. in generali Princ. Anhalt. Solet ab aliis allegari FABRIT. in orig. SAX. Lo

DE PRIVILEGIIS AGRICULTVRAE NOBILIS. HS

Sax. L. II. ast similibus testibus parum demonstramus res Germaniaꝝ antiquas. Audiamus igitur WITIKINDVM, is inf. L. I. ita : *cumque esset in exaltando gentem suam, rarus fuit, aut nullus nominatorum virorum in omni Saxonia, quem praeclaro munere aut officio, vel aliqua queſtura non promoveret.* Sane per nominatos viros intelligendi sunt nobiles, itaque ex hoc scriptore ritus nobilitandi vix probatur ; meliorem speciem pro se fert locus SIGBERTI ap. PISTOR. t. un. p. 577. Rex Henricus, inquit, *quoscumque fures aut latrones, aut sicarios manu fortes & bellis apatos esse videbat, indulta eis venia agros & arma dabant &c.* Ignarus monumentorum veteris avijuraret, se hic creationem nobilium detexisse. Ast res valde dubia est : ipsa nobilitas tunc vivebat magnam partem ex raptu & latrocinio. Adducit illustris LEIBNÜZ. in prefat. ad t. III. rer. Brunsv. vericulos :

Ruten roben dat is gheine Schand

Dat doym die besten von dem Land.

Non aliter appendix Reginonis. Multi enim illis temporibus etiam nobiles latrociniis insudabant. Quid notet : *sich aus dem Siegref nehren supra c. i. ostensum est, ubi res testimonio nobilissimi LERCHII corroborata fuit.* Addeat, qui ulterius dubitat, querelas LEHMANN. L. V. c. 112. die Kriegs-Tugend, inquit, *ist zur Handhabierung worden, daß man der Unruhe nachgetrachtet, und durch solche Mittel Geld und Gute errungen.* EX EYBENIO p. 835. autem constat, titulum latronis notasse virum, qui acerrime pugnat, abstrahendo, ni fallor, à justitia vel injustitia. Secundum illud : *iniquum rigido jus dicitur ense, vel ut disinctius effertur à quodam :*

ipsa, de judicio nobilium \*\*, tutela \*\*\*,  
divisio-

*Plus nocuit, qui plus potuit, lex nulla coercet,  
Fasque nefasque sibi fuerat cujusque voluntas,  
Unde juxta feud. Alemann. art. 113. ein jegl. Dienstmann soll GE-  
BOHREN seyn, & glossator speculi Sax. ad l. 3. art. 42.: alle  
Aemter sind Satzzungen, der Adel kommt von der Natur, da-  
rum obwohl des Rechtens Satzzungen eines Mannes Recht ver-  
wandelt mag, mages doch seine Natur, das ist, seine Geburt  
nicht andern. Volebat Rex Fridericus I. fortissimum vi-  
rūm militari cingulo ornare, astille se plebejum dicebat,  
sua forte contentum se vivere velle, unde Rex honeste  
donatum ad contubernia remisit. Interim non präfra-  
cte negabo, cum Reges antiqui virtutem magni fecerint,  
1) raro, 2) sine peculiaribus litteris militari ritu plebejos  
interdum inter nobiles assumtos fuisse. Nam appendix  
Reginonis *jam alleg.* dicit: nobiles ETIAM infudasse  
latrociniū, ergo & quidam PLEBEII quoque. Confir-  
matur hoc ratio cinium per testimonium patrum Domi-  
nicanorum in annal. Colmar. ad ann. 1281. quod asserit,  
multos IGNOBILES, factos fuisse MILITES, atqui mi-  
les & nobilis olim erant synonyma. Temporibus au-  
tem Friderici III. litteras nobilitationis fuisse frequentissi-  
mas, testatur STUMPF. in der Schweizer Chronick: Adels  
Briefe, inquit, sind viel von Friderico III. vorhanden, und Al-  
brecht von Buntschen hat deren eti. bunderi gebaut, und damit  
gleichsam gehandelt.*

*\*\* Pertinebant olim judicia ad nobiles, neque pri-  
us ab his remoti sunt, quam introducto jure civili & pro-  
cessu*

DE PRIVILEGIIS AGRICVLTVRAE NOBILIS. 117

cessu juris Canonici, ut ex CONRINGII *dissert. de jud.*  
LEHMANN. p. 87. BRVMERO *de scabin. c. II.* discere  
possimus. Principue si judicandum de nobili, judicium  
ad nobiles pertinebat. Patet illud in causis feudalibus è  
jure feud. Alem. c. 18. Plane inter servitia vasalli compu-  
tatur *in iudicio comparere, cognoscere de causis, & sententiam*  
*investigare.* vid. c. 9. ibique SCHILTER. qui mos etiam  
num servatur apud Nassovios, vid. elect. jur. publ. pag. 789.  
ubi recentissima controversia. Quamvis alibi per con-  
stituta judicia aulica & dicasteria ordinaria, judiciis feu-  
dalibus nil fere amplius superfit. vid. HERT. t. II. p. 449.  
Judicia criminalia in quæstionibus capitalibus exerce-  
bantur pariter à solo nobilium ordine inter nobiles. Huc  
refero art. 12. L. II. Spec. Sax. *Schäppenbare freye Leute mæ-*  
*gen wohl Urteil finden, über einen iegl. Mann.* Es mag aber  
*über sie niemand Urteil finden, das anibren Leib gebet, er sey*  
*ibnen denn ebenbürtig.* Nobilium jus judicandi praxi tam  
men etiam ad COMITVM crimina extensem est. Unde  
cum anno 1125. Engelbertus Coloniens. Episcopus occide-  
retur à comite de Ißenburg, provincialium nobilium sen-  
tencia crurifragio misere periit. vid. Chron. Egid. p. 586. t.  
III. Rer. Brunsv. Locum hic merentur, quæ refert CRAN-  
ZIVS SAXON. lib. X. c. 6. quo tempore, ait, memorabilis execu-  
tio facta est iustitie ex sententia Principum & omnis Saxonice  
NOBILITATIS, COMES THEODORICVS de WER-  
NINGEROODE, qui pacem violasse dicebatur &c. à co-  
mitibus & NOBILIBVS suspendio damnatus est. Quelli  
adhuc sunt nobiles & equites magno numero 1548 Aug.  
Vindel. daß andere sich in die Gerichte, so allein auf die Ritter  
und die von Adel von Römischen Keyser und Königen gewidmet  
P 3

find,

find, welche auch zwischen denen Rittern und Adel zu erkennen haben, sich eintragen. vid. LIMN. l. 8. c. 8. addit. 1. n. 120. *Judicia pacis publ. nominatim ad nobiles spectasse abunde constat ex DATT. LEHMANNO &c. De munerebus consiliariorum regiorum, quæ olim penes solam nobilitatem erant, vid. LEHMANN. L. II. c. 22.*

\*\*\* Circa tutelam duriorem quandam suisse nobilium conditionem, quam aliorum nonnullis persuasum est. Nam mortui vasalli nobilis redditus pertinuisse ad dominum, omnies tempore, quo pupillus nondum ad justam, & armis ferendis aptam etatem aspiraverat. Allegantur in hanc rem text. utriusque juris Germanici, *jure feud. Alem. extant art. 49. & 55. Saxon. autem art. 26. verbis: Der Herr ist immer des Kindes Vormunde an dem Gute, das ein Kind von ihm hat, und soll das Geld des Gutes nehmen, bis das Kind zu seinen Jahren komme. Conf. L. II. art. 58. Spec. Sax.* Angli dicunt hoc JVS NON INTROITVS, WARDÆ. CRAG. jur. feud. L. II. c. 19. Deprehenditur adhuc idem jus in Archiepiscopatu Trevirensi, secundum ZECH. p. I. p. 208. Sed hic Praeful multa privilegia, exorbitantia plane, quandam à Carolo IV. impetravit, de quibus non adeo magnifice sentit KYRIANDER in August. Trevir. p. 159. nec ipsi constat an usu serventur, ada. THUMMERMUTH. p. 43. seq. Imo SCHILTERVS p. 297. ad J. F. A. annotat, quod tum demum ususfructus feudalis sit domini, si non tutor adsit, qui servitia præstet, ut dominus cogatur interim alium militem substituere suis propriis impensis. Nec absone dici potest, quod hoc jus ito ex usu fuerit frequentatum, cum principes ipsi cum nobilibus irent in expeditiōnem.

divisione †, & aliis. Sed certis ex causis impediti, spicilegium tantum in notis sistendum est.

tionem. Verum, cum dein militia immutari cœperit, & publicos selectus è quoconque hominum genere institutus sit, in tributa à vasallis fuisse in diætis provincialibus consensum, proinde desisse reisas antiquas ordinarias, cumque ipsis hunc eundem usumfructum expirasse. Ali cubi etiam in feudis non nobilium obtinuit simile jus v. c. in Thal-Lebn-Gütern zu Halle batte der Ertz-Bischoff gleichen usum fructum, doch anno 1318. bat es der Rath Bischoff Burckarden mit Einwilligung des Capituls, und der Stifts Edelleute abgekauft vor 500. Stendelische Marck ledigen Silbers &c. uti habetur in Chron. MS. Hallens.

† Dividuntur nobiles in ministeriales & liberos, sic jus Svev. c. 46. Dienstmannen nement Erb und Erben, als Freyleut nach allen Rechi. Quod Svevus Germanice extulit, reddit Henricus VII. in diplom. p. 46. antiqu. Poel's five LIBER homo five MINISTERIALIS fuerit. Ex his videmur jam scire, quid ministerialis, scil. qui alicui servit. Unde HEIDER. pag. 589. in der Lindanischen Ausführ. ministeriales sunt homines proprii 1.) quia possunt commutari, 2.) quia non possunt uxorem ducere v. c. extra monasterium, cui serviant, 3.) quia non possident homines proprios, 4.) quia adhærent certo Burgo &c. Aet WEHNER V. verb. Diensleuthe, eos appellat homines liberos, qui alicui ministerium exhibent. Quod probari videtur per diploma Bernhardi secundi Episcopi Paderbornen.

bornensis p. 882. annal. SCHATEN. ubi testes subscribunt MINISTERIALES, Camerarius, Dapifer, Pincerna, Mareschallus A. 1187. Eadem differit GOLDAST. tom. I. Rer. Alem. pag. 131. Nec ab his abludit SAND. pref. ad feud. Geldr. p. 5. qui addit, quod 1.) investiatur zu einen wohlegeborenen Dienstmann - Lehn, 2.) quod se purget manus singulari, quod juret decisorie sine conjuratore, 3.) contra ministeriale non testetur servilis, 4.) ministerialis non respondeat servili, 5.) habeat jus militiae, *adde 6.) art.* 46. Jur. Sver. 7.) ministerialis sepeliatur ibi, ubi Princeps sepelitur. Cbr. Mont. ser. p. 28. 8.) donabantur torque, MEIBOM. t. I. p. 413. 9.) convocantur à superiore in remagni momenti v. c. Marchionissa Misnia convocabat ministeriales, & illis ostendebat, se esse prægnantem. Rechte idcirco Spec. Sver. c. 52. §. 2. ihr Rechi ist so mannißfaltig, daß es nicht zu beschreiben. Ipse Hederus fatetur, quod duplices liberi & non liberi fuissent *ibid.* In genere ministerialis notat omnem nobilem & fidelem, vasallum. Vid. Cbron. Osnabrug. p. 217. ap. MEIBOM. p. 218. 250. 251. Quatenus autem serviat, dependet ex conventione vid. SCHIPH. pag 143. Meibom. Plura jam addere non lubet. vid. sep. alleg. ded. ord. equ. Wurteb. Wigul. HUND, BURGMEIST. 311. 328. ubi ita: in 500. Jahren findet man den Naamen ministerialis nicht mehr vom Schwabischen Adel. Cum tamen olim plane feminæ essent ministeriales, vid. diplom. Henrici Aucup. anno 927. p. 4. diplom. KETNER. ubi Rex Williburgam vocat fidelem sive ministeriale. Porro nobiles sunt vel nobiles simpliciter, vel nobiles domini. Allata suithæc distinctio à quodam Camerali in lite pendente der Erbmanner und Ruterschafft zu Münster, quasi Erb-

Erbmanni essent tantum nobiles domi. Enimvero non est hodie, aut nudius tertius excogitata, ipse Cicero Hellium Heronis filium Syracusanum dicit: hominem in primis DOMI sux nobilem, plura habet SAND. de feud. *Geldr. p. 6.* Dein nobiles sunt vel agrarii vel urbani. Originerenus sunt omnes agrarii, ut supra docuimus. Successu temporis tamen multi concesserunt in urbes, sic Lindaviae jus civicum olim impetrarunt Koenigseccii, Neideckii, Schellenbergii &c. *Vid. Lindauische Ausführ. pag. 82.* Spiram quondam ingressi sunt Lauterburgii, Gimmersheimii &c. quos nominat LEHMANN. *L. VI. c. i.* nobiliebant appellari Burgeni, sondern Münzerer und Hausgesassen, *p. 278.* Cum tamen turbas quandoque excitarent, non admittiebantur, nisi datis reversalibus, formula est ap. eund. *p. 621.* Qui Ulmam, Francosurtum & plures alias urbes jam sub Francis inhabitarint, fuse recenset BVRGMEIST. *pag. 134.* ubi etiam plures adducit, qui ob paupertatem plane civico ordini adscribi coeperunt. Quem etiam de causis, quare urbes dereliquerint, *p. 133.* sequ. consuluisse non pigebit. Cum itaque tot ad urbes abierint esse nobilibus, sunt qui credunt, divisionem in Stadt- und Land. Adel non esse juridicam, & nullius momenti. *vid. SPEIDEL.* & quos allegat verb. *Adel.* Verum uti hoc facile conceditur, quod sola habitatio nullum præjudicium inferat statui, præcipue si nobiles in urbibus exerceant munera vel MILITVM vel JUDICVM, quæ ipsi ab omni ævo propria fuerunt; (siderant in urbibus Schultesii, Scabini, LERCH. *p. 1. p. 44.*) ita negari nequit, quin à Cæsaribus, qui plane civico viæ generi se addixerunt, honoribus suis quadantenus privati fuerint v. c. sic

Q

in

in ordinat. Frider. III. tornamenti Heilbrunæ 1485. à tornamentis abesse jubentur. *vid. TREISBACH. pag. 220.* Mansit hodienum diversitas in convocationibus ad diatas, ubi conscribuntur: *Die Stände von Ritterſchafft und Städten.* Dispescuntur quoque nobiles in Landsaffios & immediatos. Immediati sunt in Provinciis, ubi Principatus veteres ante exortam superioritatem territorialem sunt sublati, novi autem sensim è variis dynastiis concreverunt. Immediatos posse arceri, ne Landsaffii fiant, docet *BESOLD. v. Reichs-Standt.* Imo licet Landsaffii sint semel facti, integrum esse imperatori hos tanquam suos SERVOS fugitivos vindicare & retrahere. Dicuntur sane adhuc recentissime in privilegio juris retractus anno 1698, extenso: *Unsere treue edete KNECHTE, sowohl ihrer eigenen Verdienste als unsers vornebml. dabej versirenden Keyserl. præcipui tamen INTERESSE willen, wie es an sich billig und unser KEYSERLICH AMMT erfordert zu conferiren, Landsaffii dividuntur in Schriftsaffios & Ammt-saffios. vid. WEHN R. v. Amtſaffen, STRUV. difterat. de Schriftsaffio, SCHILTER. de cod. argum. dicuntur autem Schriftsaffii: Die aufsonderl. SCHRIFTT unsrer Cantzleyffizzen Corp. Nov. Sax. p. 131. in ordin. prov. de anno 1482. circumscribuntur: Ritterschafft &c. den wir in andere Sachen zu schreiben pflegen. vid. KNICHEN de invest. P. II. c. 5. n. 10. 2. 3. prater honores tituli a. habent peculiare forum, nec non jus contradicendi divisionibus, es muß der Schriftsaffen Corpus nicht getrennet werden, ut exemplis in electoratu Saxonie confirmat SCHILT. ad J. F. A. Ceterum Landsaffitus in Saxonia extenditur plane ad episcopos vid.*

DE PRIVILEGIIS AGRICVLTVRAE NOBILIS. 123

vid. SCHOPP. *jur. feud.* p. 211. Apud Pomeranos preci-  
pua compellatio quorundam nobilium est, quod


dicantur *Schloßgesessene*. vid. TORNOW.

*de feud.* Mecklenburg. STRYK.

*de feud.* Pomer.

SOLI DEO GLORIA.





Sphalmata, quæ propter absentiam auto-  
ris irrepserunt, LECTOR BENEVOLUS  
haut gravatim ita emendabit.


P. 2 lin. 7. lege expressissima p. 3. lin. 4. lege SUMMERMANNUS p. 6.  
lin. 10. lege videbatur. p. 20. lege academiis p. 33. lege adaptatur p.  
10. lin. 25. lege putabit. lin. 28. lege actionum p. 17. lin. 2. lege tra-  
du. lin. 11. lege efferebant. lin. 17. lege tum vetere p. 20. lin. 32. lege  
dignissima p. 21. lin. 27. pro quæ pone quas p. 23. lin. 23. pro posse lege  
posset p. 24. lin. 28. lege FORPENS p. 25. lin. 17. lege Gothanos lin. 25.  
lege affluenter p. 27. lin. 4. lege terras p. 28. lin. 24. lege consummatæ.

Reliqua hic inde observata L. B. emendationi relinque-  
re cogor.

Scipione, che picci spicciato  
zis niederländische Historien  
HISTORIEN

Scipione, che picci spicciato  
zis niederländische Historien  
HISTORIEN





**ULB Halle**  
005 121 795

3



VA 18



